

JOANNIS WOLF

NORTENAE AD S. PETRUM CANONICI

COMMENTATIO II.

DE

ARCHIDIACONATU
NORTUNENSIS,

QUA CONTINUATUR

DIOCESIS MOGUNTINA IN ARCHIDIACONATUS

DISTINCTA ETC.

XI. COMMENTATIONIBUS ILLUSTRATA

A

STEPHANO ALEXANDRO WÜRDWEIN ETC.

GOTTINGAE

TYPIS JOANNIS FRIDERICI RÖWERI.

M D C C C X.

REVERENDISSIMO ET CELSISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO

D O M I N O

F R A N C I S C O E G O N I

E P I S C O P O H I L D E S H E I M E N S I E T P A D E R B O R N E N S I

D O M I N O M E O C L E M E N T I S S I M O .

REVERENDISSIME AC CELSISSIME

PRINCEPS ET EPISCOPE,

DOMINE DOMINE CLEMENTISSIME,

Ut hanc Commentationem de Archidiaconatu Nortunensi sub praesidio CELSISSIMI NOMINIS TUI edere auderem, duae potissimum cause me impulerunt. Altera est quod nulli non literarum cultori, ipse abundantia doctrina rerumque varia ac plurima scientia eruditus optime cupias. Qua in re germanam illustrissimi STEMMATIS FÜRSTENBERGII progeniem TE probas, et imitatorem Episcoporum THEODORI DE FÜRSTENBERG, quem Academia Paderbornensis, et FERDINANDI DE FÜRSTENBERG, quem Monumenta Paderbornensia immortalem fecerunt. Causa altera est, quod libellus meus describat Archidiaconatum Nortunensem, dioecesis Moguntinae partem extremam, quae hinc fines

dioecesis Hildesiensis, illinc Paderbornensis attingit. Mat-
teries TIBI utriusque Ecclesiae Episcopo, opinor, non
ingrata. Illam si clementer, ut soles, admittere digneris,
operam meam non inutiliter collocatam putabo, TEQUE
novo titulo, quoad vivam, maxima cum observantia
venerabor

REVERENDISSIMAE CELSITUDINIS TUAE

Nörtenae

die 12. Febr. 1810.

servus infimus
JOANNES WOLF:

P R A E F A T I O.

In lucem nunc prodit altera Commentatio describens Archidiaconatum Nortunensem octoginta diplomatis illustrata et ad modum prioris, si pauca excipias, elaborata. Adjeci nempe hic in calce libri catalogum omnium literarum, de ecclesiarum fundationibus, de jure patronatus, judicio ecclesiastico &c. &c. a saeculo decimo ad medium decimi quinti, ubi ubi editarum, in quibus velut in compendio tota Archidiaconatus nostri historia exhibetur. Praefixi etiam cuilibet sedi Archipresbyterali nomina ecclesiarum suarum monitu censoris Jenensis, ut totus ejus ambitus lectori in conspectu esset. Sedes describuntur septem, de quarum numero uti et de nominibus rationem reddere mihi opus est, nequis illas me vel temere designasse; vel recentiores protulisse arbitretur. Anno 1799 mihi in historiam Ecclesiae collegiae nostrae ad S. Petrum incumbenti Mstum in manus venit, anno circiter 1607 exaratum et collectum e chartis antiquioribus ad annum usque 1521 procurrentibus; in hoc praeter alia notata digna de hujate praepositura, etiam *Ecclesiae Synodales* recensebantur, videlicet: *Berka*,

Drans-

Dransfeld, Geismar, Grene, Honstad, Ma koldendorf, Moringen, Oedelsen, Seeburg et Stockheim. Loca recensita vere sedes Archipresbyterales fuisse nullus dubito, cum aliunde certo constet, quatuor ex illis Berke, Grene, Markoldendorf et Seeburg hanc praerogativam habuisse, quidni habuerint et reliquae? Aequ certum mihi est, praefatas ecclesias jam ante annum 1521 fuisse synodales, quia anno 1607, quo Mstum compilatum est, religio catholica in Archidiaconatu Nortunensi, exceptis sedibus Nortuno et Seeburg, pridem abolita fuerat. Unum quod posset objici, est: videri Grene, Markoldendorf, forte etiam Stockheim potius ad Archidiaconatum Eimbeccensem, quam Nortunensem spectasse. Idem et ego sentio, propterea tres istas sedes in praesenti commentatione praetermissi. Causam vero, cur sedes Eimbeccenses Nortunensis adjunctae reperiantur, inde repeto, quod utraque praepositura saepe eundem habuerit officialem.

E Msto nostro corrigenda est designatio perquam vitiosa sedium Archipresbyteralium praepositurae Nortunensis a Stephano Alexandro Würdtwein, Wenio communicata et ab hoc P. II. Hist. Hass. N. CCCCLIII. edita, ubi quatuor tantum sedes, nempe Nörten, Seeburg, Duderstad et Büren enumerantur. Duae posteriores Archidiaconatui Nortunensi semper fuerunt alienae. Sedem Duderstad subjectam fuisse praeposito Heiligenstadiensi disertis verbis dicit diploma LXVII. Hist. Eichsfeld. P. I. ad an. 1305, ubi haec legimus: ... fratribus Kalendarum in Moguntina Dioecesi commorantibus juxta Dyderst. in prapositura Elygenstadiensi. Idem elucet ex alio diplomate P. II. Hist. Eichsf. N. CII, vi cuius Dietherus Archiep. Mogunt.

pro-

prohibet, ne praepositus Heiligenstad. quidquam pecuniae pro sepultura civium Duderstadiensium subita morte oppressorum exigat, vel exigi patiatur. Hoc vero oportuit Archiepiscopum interdicere praeposito Nortunensi, si urbs Duderstadt sita fuisset in ejus Archidiaconatu. Adde quod Henricus de indagine orientali an. 1484 ad ecclesiam in Berlingerode non procul Duderstadio, presbyterum praeferent officiali Heiligenstadiensi l. c. N. LXXIX. jam vero si urbs Duderstadiensis sedi nostrae Seeburg contermina parebat Archidiacono Heiligenstadiensi, multo magis sedes Büren ultra Duderstadiensem sita eidem paruit. Hoc suspicabatur Wenckius P. II. Hist. Hass. p. 358; ubi dubium suum de sede Büren exponit, quem recte dubitasse animadverti P. I. Hist. Eichsf. p. 30: Herr Wenck hat wohl Recht, wenn er dem ihm mitgetheilten Nörtischen Archidiaconats-Register, worin auch sedes Beuren steht, und dieser also zu Sachsen gehören müste, nicht trauet l. c. p. 358. Beuren hat nie unter Nörten gestanden, sondern allezeit unter dem Archidiaconat von Heiligenstadt. Selbst Duderstadt mit verschiedenen dabei gelegenen Dörfern gehörte 1305 und 1476 nach Heiligenstadt. S. Urk. Nr. LXVII. und CIII. Züglich sieht man daraus, dass auch Sächsische Oerter zu einem Thüringischen Archidiaconat gehören konnten. Neque ex situ tantum, sed etiam e duabus chartis authenticis in priore commentatione p. 16-18. datis id probatur. In altera parochus villae Kyro-densis mille et quingentos circiter, passus a sede Büren distans an. 1339 parthenonem Bürensem coram officiali Heiligenstadiensi in jus vocavit; hic autem in altera parocho Bürensi praecepit, ut Abbatissam et moniales Bürenses moneret de

reddendis Actori decimis. Quid clarius? quid certius, et parochum Bürensem et monasterium Bürense fuisse in potestate Archidiaconi Heiligenstadiensis?

Haec *Würdtweinii* scientiam fugisse, non est mirum. Nam chartae modo memoratae tum temporis nondum lucem viderant, et descriptiones Archidiaconatum Heiligenstadiensis et Nortunensis nemo illorum, a quibus petierat, quod nuspiciam reperirentur, Moguntiam submittere potuit. Quod ipse apud me anno 1780, cum illum inviserem, conquerebatur sciscitans, utrum in Eichsfeldia praesto essent indiculi omnium locorum exigendis vectigalibus inservientes, (*Steuer-Kataster*) quibus defectus catalogorum Archipresbyteralium aliquo modo posset suppleri. At suppleri non potuit. Hinc descriptionem Archidiaconatus Heiligenstadiensis, qualem *Wenckius* l. c. N. CCCCLV. vulgavit, prorsus neglexi, quia numerus trium sedium Archipresbyteralium amplitudini illius Archidiaconatus neutiquam respondere videbatur, et duae ex illis *Helmsdorf* et *Martinsfeld* multam habent debitatem. Hac de causa descriptionem Commissarii *Jagemann* anno 1660 consecutam sequi malui. Licet enim minus integra sit, ac fuerat Saeculo XVI, omittit quippe tractum Hassiae prope urbes Allendorf et Witzenhusium cum una alterave sede, jurisdictioni Archiepiscopi Moguntini pridem subtractum; verosimile tamen est, descriptorem, quas exhibet sedes Archipresbyterales, non tunc novasse, sed antiquas e veteri catalogo retinuisse. An Archidiaconatus *Jechburgenis*, cuius mentio hic quoque mihi facienda est, vitiis careat, nunc quidem in medio relinquo. Si *Würdtweinio* rectus videbatur, non capio, cur Gerodam et villas proximas Lüderode, Weissenborn,



born, Jüzenbach, Holungen, Bischoferode et Neustadt bis enumeret, illas jam Archidiaconatui Nortunensi sub sede Duderstadt, jam Jechburgensi sub sede Bleicherode adscribens. *Wenck l. c. N. CCCCLVI.* Talis inconstantia me suspensem tenuit ac dubitantem, utri Archidiaconatui Gerodam cum locis memoratis addicerem. Vid. Commentat. de Archidiaconatu Heiligenstad. p. 21. Nunc ad Nortunensem redeo.

Detaxi quidem sedes Archipresbyterorum, sed parum est has nosse, nisi et cuiuslibet sedis ambitum et ecclesias noveris; utrumque autem desideratur in Mfto memorato. Huic defectui mihi longe ingratissimo ut mederer, excusssi totum tabularium ecclesiae nostrae collegiatae, inquisivi veteres chartas aedis S. Joannis Göttingae, ubi officialis Nortunensis per aliquot saecula habitavit ac judicio ecclesiastico praesedit; sed utrobi-que frustra. Forte culpa *Henrici Ebbinghausen* praepositi Nortunensis et parochi Miltenbergensis, (1594 - 1603) quem turpiter profugum penum chartaceam abripuisse ferunt, veteres catalogi amissi sunt. Quid nunc consilii caperem? Alterutrum facere me oportebat, vel loca omnia totius Archidiaconatus, una serie non interrupta, confuse recensere; vel singulis sedi- bus tot et tales ecclesias tribuere, quot et quales habita ratione situs, illis convenire videbantur. Illud Lectoribus valde ingratum fore praevidi, in hoc autem, licet interdum a vero ordine deflectam, cum excusatione possum errare, quapropter posterius elegi.

Potuissem hic praefationem finire, nisi aliquas observatio-nes in Archidiaconatus Moguntinos addendas putarem, scilicet quo tempore tot Archidiaconi, habuit dioecis Moguntina 19,

et quales viri fuerint instituti. Priseis temporibus Episcopi Moguntini unum dntaxat habuere Archidiaconum, sicuti omnes alii Episcopi. In dioecesi Trevirensi anno 640. *Cunibertus* Archidiaconus occurrit et an. 664. *Garibertus*, de quo Hontheimius Hist. Trev. T. I. p. 30: ille Archidiaconus non tantum membrum erat cleri metropolitanus, sed praecipius Episcopi minister. Saeculo autem octavo episcopatus germaniae insigniter ampliatis, in primis Moguntino, cuius fines longe per Thuringiam et aliquantum per Saxoniam inferiorem protendebantur, summis pastoribus pluribus oculis ac manibus opus erat, ad gregem tam numerosum custodiendum. Hinc anno 773. sub Adriano I. Pontifice Etho Episcopus Argentenensis per dioecesin suam septem instituit Archidiaconos. *Grandidier* Hist. de l'eglise de Strasbourg T. I. p. 176. et T. II. Pieces justific. N. 67. Saeculo IX. Episcopatum Wirceburgensem in duodecim Archidiaconatus fuisse divisum, legimus apud *Uffermann* Prolegom. p. XXXVII. et apud *Schöps* Beschreibung Würzburgs S. 47. Quis dubitabit, Metropolim Moguntinam omnium amplissimam dividendo praeivisse, licet nullum divisionis diploma possideamus? Vestigium saltem divisionis utique pridem factae extat apud *Guden*. T. I. p. 357. ad annum 976, quo sancitur: in Archidiaconatu Aschaffenburgense nulli sine licentia Magistri scolares instruant &c.

Dignitas Archidiaconi solis fere Canonis Ecclesiae Metropolitanae conferri solebat, eratque annexa praeposituris collegiarum teste *Gudeno* T. I. p. 492. sic scribente: hoc ita declarandum, quatenus nempe omnes praepositi Ecclesiarum collegiarum fuerunt olim Archidiaconi Episcopatus seu Ecclesiae Moguntinae; singuli certum dioecesis districtum sua sub jurisdictione habentes &c. *Gudeno* assentitur *Wierdtweinius* Commendationis I. de Archidiaconatu Praepositi Metropol. Mog. praefat. p. 1: in aprico est, praeposituris Ecclesiarum annexos esse Archidiaconatus: singuli vix non vastitate, episcopatus adaequant. Quam vere uterque scriperit, docent exempla.

Anno

Anno 1090. *Arnoldus Custos Metropolitanae simul erat praepositus Ersfordiensis. Gud. T.I. p. 31.* An. 1127. *Hartmannus Cantor Metropol. praepositus S Mauriti. ibid. p. 66.* An. 1128. *Henricus praepositus Metropol. simul praepositus S. Victoris; Durimbertus Scholasticus Metropol. praepositus S. Joannis; Godescalcus Canonicus Metropol. etiam praepositus S. Mariae in campus; Anselmus Can. Metrop. etiam praepositus S. Mariae ad gradus. ibid. p. 79.* An. 1130. *Godeboldus curiae camerarius praepositus S. Petri in Fritzlar. ibid. p. 93.* An. 1131. *Adelbertus Can. Metropol. praepositus S. Mariae. ibid.* An. 1144. *Sigelo praepositus Nortunensis. Gud. l.c. p. 163.* *Camerarius* an. 1155. *ibid. p. 224.* et Decanus Metropol. an. 1158. et 1160. *ibid. p. 231 et 236.* An. 1158. *Burkardus praepositus Dorlonensis et Jechaburgensis Joan. Rer. Mog. T. II. p. 488.* Similia exempla suppeditat saeculum decimum tertium. Ista consuetudo, quam servabant Archiepiscopi Mogunt. Canonicos Metropolitanae ornandi praeposituris, deinceps in legem abiit, vel in pactum venit ita, ut reliquus clerus a dignitate praepositi plane excluderetur. *Würdtw. subsid. diplom. T. IV. p. 298.* Exclusio tenuit ad finem usque Saeculi XIV, quo tempore invalescentes Romanorum pontificum reservationes etiam sacerdotibus plebejis ad praeposituras aditu aperuerunt.

Fortè erit, qui dubitare perget, an praepositi nostri simul fuerint Archidiaconi, quia hoc titulo in allatis literis nunquam usi sunt. Raro, non dissiteor, praeposito alicui nomen Archidiaconi tribuitur, interdum tamen factum est; et quandoque etiam praepositi illius, de quo sermo erat, Archidiaconatus exprimebatur. Sic in Synodo Moguntina an. 1133. coacta inter testes principem locum habent: Archidiaconi S. Moguntinae Ecclesiae: *Henricus major praepositus, Adelbertus praepositus S. Petri, Godescalcus praepositus S. Mariae, Cuno Decanus, Hartmannus Cantor, Henricus praepositus Pinguiae. Wenck. Hess. Gesch. II. B. Urk. N. LV.* Ubi notandum est, *Henricum majorem praepositum fuisse Archidiaconum Metropolitanae Ecclesiae,*

clesiae, reliquos autem in suis praeposituris per dioecesin Moguntinam. An. 1150. in *Würdtw.* Comment. I. p. 87. invenies hunc locum: . . . jure autem dioecesano mihi meisque successoribus, ait *Henricus Archiep.* et *Archidiacono suo*, majori Moguntine Metropolis praeposito obediens esset et subiecta &c. Eodem anno idem Archiepiscopus *Sigeloum* praepositum Nortunensem, vocabat *Archidiaconum suum*, utique non per praeposituram Metropolitanam, sed per Nortunensem. *Wenck.* Hess. Gesch. II. B. II. Abth. S. 747. Ipse sibi titulum *Archidiaconi* tribuebat *Gotfridus* *Canonicus Metropolitanus* in literis an. 1224, quas orditur his verbis: *Ego Gotfridus Custos et Archidiaconus majoris Ecclesiae Moguntine &c. *) Gud.* T. I. p. 491. Haec de nomine *Archidiaconi* praepositis interdum dato sufficiant, restat ut et *Archidiaconatus* proferam, qui cum nominibus praepositorum suorum exprimuntur. Apud *Guden.* T. I. p. 174. *Henricus Arch.* *Mogunt.* de nova ecclesia in Witelesassen an. 1145. a se consecrata dicit: . . . qualiter cives ecclesiam in *Archidiaconatu Lodewici* beati Petri prepositi satis decentem exstruxerunt. Pergit: quorum annuentes petitioni presente memorato *Archidiacono* ecclesiam consecravimus. Ibidem p. 620. memoratur ecclesiam in Bensheim sitam esse in *Archidiaconatu Ludovici* praepositi *S. Viatoris* an. 1251. Ad eundem *Archidiaconatum* spectabat ecclesia *S. Catharinae* in nova civitate Oppenheim; quam *Gerhardus* in parochiam an. 1258. erectorum, consilium et consensum *Ludovici* praepositi *S. Viatoris* loci *Archidiaconi* prius exquisivit. *Gud.* I. c. p. 660. Plura hac super re testimonia congerere superfluum esset, neque mihi, quod de *Archidiaconis* amplius differam, modo occurrit.

*) Cum officio custodis conjuncta erat praepositura *S. Joannis Moguntiae*, cuius *Archidiaconatus* in Hassia situs erat. Conf. *GUD.* I. c. p. 492.

§. I.

Series Archidiaconorum Nortunensium ab anno
1093 — 1570.

Etelgeri nomen erat praeposito Nortunensi exeunte saeculo undecimo et ineunte duodecimo viventi. Anno 1093. scripsit literas fundationis monasterii Bursfeldensis, LEUCKFELD *Antiq. Bursf.* p. 10, et coenobium Cätelburgense an. 1105. vice Ru-thardi Archiepiscopi Mogunt. confirmavit. *Orig. Guelf.* T. IV. p. 545.

Waltherus titulo praepositi de Northeim insignitur an. 1123. apud GUDEN. *cod. dipl.* T. I. N. XXV. et apud SCHEID. *mant. docum.* p. 558. an. 1328; recurrat annis 1135. et 1139. *cod. dipl. ad jus publ. Brunfuc.* p. 695, *Gesch. der Stadt Göttingen.* III. Th. p. 101. et an. 1141. in *Orig. Guelf.* T. IV. p. 527.

Sigelo frequentissimus testis adducitur in diplomatis Hen- rici Archiepiscopi Mogunt. ab an. 1144—1152, ut videre est apud GUDEN. T. I. p. 163—218. Anno autem 1155 titulum habet Camerarii urbis Moguntinae et an. 1158. 1160. etiam Decani Metropolitani. *ibid.* p. 224. 231. et 236.

Godescalcum invenimus an. 1189 in comitatu Conradi Archiepiscopi Mogunt. parochiam Teistungensem instituentis a), et iterum an. 1190. quando idem Conradus monasterio Hilde- wardhusano donationem decimarum novalium confirmabat. POLYCARPI LEYSER *Hist. comitum Eberstein.* p. 78.

Fride-

a) *Eichsf. Gesch.* I. B. Urk. N. XII.

Fridericus Comes de Eberstein fuit Praepositus Nortunensis ab anno 1222. ad annum 1268. circiter, simul Praepositus Rasdorffensis in ditione Fuldenfi, S. Joannis Moguntiae et Custos Metropolitanae Ecclesiae b). Hic est, qui divisionem bonorum an. 1254. cum Canonicis Nortunensibus iniit c). Si plus de eo scire desideras, adi scriptorem infra nominatum d), ex quo nonnulla delibavi in historia collegiatae Nortun. p. 284 et seqq.

Lupoldus de Hanstein ante Scholaisticus Fideslariensis ab anno 1260 e) et an. 1291. Canonicus Metropolitanus praeposituram suam ultra annos 47 magna cum laude gessit. Praeter varias literas alibi jam vulgatas adhuc superest facillum S. Cyriaci an. 1303. ab ipso liberaliter dotatum, nunc autem valde inops et squallidum. *Gesch. des Peters. St. S. 94.* Urk. N. XVIII. Successorem habuit

Henricum de Rosenstein, Canonicum et Archipresbyterum Ecclesiae Metropolitanae Mogunt. f). Is an. 1327. curiam suam Eckberto de Einbeck Canonico Nortunensi et Vicario S: Cyriaci certis legibus incolendam dedit, quas Matthias Archiepiscopus ratas habuit g). Haud diu post abdicavit se praepositura, siquidem an. 1335. ipso adhuc vivente jam secundus successor eandem tenebat. Primus fuit

Joannes de Constantia Decanus Moguntinus, testibus literis authenticis h). Brevis fuit ejus Magistratus, nam an. 1327. nondum ceperat et an. 1335. jam dimiserat, remissis antequam dece-

b) SCHANNAT *Dioec. Fuld.* p. 208. et 213. GUDEN. T. I. p. 551.

c) *Urk. des Peters-St.* N. II. et III.

d) SCHUNKS *Beiträge zur Mainz. Gesch.* III. Th. S. 373.

e) Series Praepositorum, Decanorum &c. Fideslar. p. 39.

f) WÜRDTW. *Dioec. Mog.* in *Archidiacon &c.* T. I. p. 30.

g) *Urk. des Peters-St.* N. XXIX.

h) *Meine Hist. Abhandl. von den geistl. Commissarien.* Beil. N. I.

decederet, Clero Nortunensi extuviis i). Depositum munus obtigit.

Cunoni de Falkenstein Canonico Metropolitano. Is rogatu Cleri sui an. 1335. defectus, qui in judicia officialium irrepsierant, emendat aliaque locis et tempori opportune ordinat k). Vir erat summo splendore summaque gratia apud suos, et exauditorato Henrico Archiepiscopo (1346) in regenda provincia Moguntina primas partes agebat, tanta prudentia, ut an. 1362. a Boemundo Archiepiscopo Trevirensi Canonicus et adjutor nominaretur. HONTHEIM Hist. Trev. T. II. p. 224.

Theodericus de Hardenberg cum dignitate Cantoris, mox Scholastici Fideslariensis ac praepositi Heiligenstadiensis etiam praeposituram Nortunensem conjunxit, sed non sine contentione cum potenti adversario, Hermanno Hassiae Landgravio, qui genti Hardenbergiae an. 1363. bellum adeo intulit l). Renuntians tandem anno 1367. juti suo arma ponit m) et *Theodoricum in quieta possessione reliquit morte finita an. 1377 n).*

Henricus von der Linden. Si dixerit Henricum fuisse filium Ottonis Ducis Brunsvicensis extra justas nuptias procreatum, et an. 1389. in obsidione urbis Göttingensis in manus civium venisse o), omnia dixi, quae de illo hactenus innoverunt. Mirum profecto est, neque hujus, neque alterius praepositi mentionem triginta annorum spatio uspiam in rebus nostris fieri.

Johannes de Rengelderode equestri loco in Eichsfeldia natus, fuit praepositus noster an. 1424. p) juxta ac praepositus Jechaburgensem.

i) Ibid.

k) Ibid.

l) Et Mfso Hardenberg.

m) Urk. des Peters-St. N. XXXVIII.

n) Series Praepof. Decan. Fideslar. p. 39.

o) Göttingische Gesek. I. B. S. 95.

p) Matricula Academ. Erford. ad hunc annum.

burgensis et Provisor Erfordiensis, magna valens gratia apud principem suum Archiepiscopum Mogunt. q). Administrationem praepositurae Nortunensis anno 1441. commisit Joanni Schwanefügel Decano Ecclesiae Cathedralis Hildesiensis r).

Joannes Schwanefügel e procuratore antecessoris sui prae-
positus ipse factus est ante an. 1449: r) Et Pius II. Papa an.
1462. in mandatis dedit, ut patres Franciscanos Göttingae
minus religiose viventes ad exactiorem vitae disciplinam revo-
caret t). Vitae curriculum confecit an. 1466. Behrens Histor.
Praepositorum, Decanorum &c. cathedral. eccl. Hildesh.

Geverhardum de Hardenberg Canonicum Ecclesiae cathedra-
lis Hildesiensis praepositorum nobis hattenus incognitum detegit
pactio cum Senatu Göttingensi facta an. 1468. de modo ser-
vando in usu jurisdictionis ecclesiasticae. Nr. L. Ultra quinquen-
nium Clero Nortunensi non praefuit.

Jacobus Pauw. Hic sicuti prior, nullibi alias memoratus
occurrit in diplomate an. 1471. Nr. LII.

Thilo Brander: Patricius Hildesiensis J. U. D. apud suos Ca-
nonicūs Cathedralis et Praepositus S. Crucis. Nec annum, quo
praeposituram capessivit, nec quo depositus, mihi licuit inve-
rigare. Hoc autem reperi, illum anno 1520, quo Erfor-
diæ fundavit collegium Saxonicum, titulum praepositi Nortu-
nenonis omisisse, licet ipse praepositus Ecclesiae S. Crucis
Hildesiensis se nominet u). Unde judico ante hoc tempus,
praefatum Thilonem a Statione Nortunensi jam abiisse.

Joannes

q) GUDEN. T. IV. p. 852.

r) Urk. des Peters-St. N. XLVIII.

s) Hist. Abhandl. von den geistl. Commiss. Beil. IV.

t) Dipl. inedit.

u) M. OSANNS gelehrt, Erfurt. III. B. II. St. S. 43.

ni m^{is} Joannes P^{le}ker verosimiliter Clericus Hildesiensis * ex abdicatione antecessoris sui ad dignitatem praepositi Nortunensis pervenit, quam occupavit an. 1521 die 10000 martyrum, tenuique usque ad an. 1538 v). Interea temporis de quibusdam praepositurae redditibus multum ei certandum fuit cum perillustri gente de Mingerode et cum coenobio Pöldensi v).

Joannes Horneburg admissus est a collegio canonicorum an. 1538. et eodem solvit statuta Ecclesiae Nortunensis i. e. pecuniam a novo praeposito dari solitam, teste veteri M^{is}to. Semper cum abesset, omnes officii sui partes per Laurentium Schienen officialem agi curavit, et more antecessorum circa an. 1547. praeposituram alteri cessit x). Suspicer Joannem Horneburg, qui fuit praepositus Ecclesiae Cathedralis Brandenburgensis et anno 1550. factus est Episcopus Lebusiensis y), hunc ipsum nostrum esse. Nam et nomen et tempus convenient.

Andreas Angerstein J. U. Licentiatus Canonicus Nortunensis repulsa a collegiis suis necesse habuit admissionem Romae evincere. Quae praepositus gessit, illum fuisse virum bonum et frugis comprobant; bona enim praepositurae contra jus alienata vindicare studpit et Lubecae, ubi an. 1559. Decanatum in Cathedrali Ecclesia obtinuerat z); moriens an. 1570. legavit centum marcas annuas partim inter puellas egentes, partim inter pauperes studiosos Nortuni distribuendas a). Clausit Andreas agmen

* THEODERICUS PLEKER an. 1504. erat Canonicus Ecclesiae Cathedralis Hildesheim, licet oculi plebsius. STRUBEN de ortu et progressu ordinis equitum P. 42.

v) Geschichte des Peters-St. S. 291.

w) Ebend. S. 292. x) Ebend.

y) GERKEN Stifts-Hist. von Brandenburg. S. 284 und 285.

z) Geschichte des Peters-St. S. 292.

a) Ea liter. ined.

agmen Archidiaconorum Nortunensium, potestate illorum in
commissarium ecclesiasticum Heiligenstadiensem translatam.

§. 2.

Officiales Nortunenses.

Sibodo plebanus et *judex ordinarius* Capituli Nortunensis compositionem inter parthenonem Weendensem et Widekindum quendam factam testatur an. 1258. — SCHBID *Mant. Docum.* p. 295.

Wernerus de Wirkethusen, cui an. 1261. Thidericus Sacellanus ejusdem loci praesentatus est. LEUCKFELD *antiq. pold.* p. 68.

Ioannes judex de Northene apud WENCK *Urk. zum II. B. Hess. Landesgesch.* p. 208. an. 1274. Idem literis super mutatione unius mansi in novali maiore sigillum suum apposuit an. 1276. Nr. IX.

Magistrus Rudolfus judex Nortunensis pasto: coidam Nordheimi fancito testis adstat an. 1298. KOTZEBUE *Antiq. Nordheim.*

Albertus judex capituli Nortunensis. Coram hoc an. 1307. Plebanus Lottringhusanus omni actioni contra monasterium Wibbernshusananum renunciat. DÖMEIER *Geschichte der Stadt Hargsten.* S. 80. v. etiam N. XVII.

Henricus de Hogersdorf in diplomate Historiae Coenobii Steinensis ad an. 1321. Nr. VI. occurrit his verbis: Tüge dieser Dinge und dieser Rede sind Meister Hinrich von Hogerstorpe Richter, to Nörthene &c.

Magister Erkebertus officialis praeposturae Nortunensis an. 1323. inter testes legitur. EICHSF. *Gesch. II. B.* Nr. XXXI.

Hartungus. Huic Henricus Archiep. Mogunt. Kalendis Octobris an. 1339. praecepit, ut a judicio contra cives Gottingenses exercendac hac vice abstineret. GOTTING. *Gesch. I. B.* S. 79. III. B. S. 113.

M. Thi-

In M. Thidericus Ruffi fuit simul parochus ad S. Albanum Göttingae 1344 collegit hoc anno fructus biennales per praeposituram Nortunensem. Würdtw. Nova subf. Tom. 6. p. XII. et XIII. Designatis an. 1347. Commissarius Archiepiscopi Mogunt. per praeposituram Einbecensem. Heinrici Antiq. Goslar. p. 257. 258. Post hunc magnae sunt lacunae.

Johann Dempeſet vel Tempes, uti quandoque scribitur, anno 1440. vocatur official, in Nörthen, quando cum quibusdam aliis viris nobilibus et presbyteris concordiam inter Senatum Göttingensem et Monasterium Lippoldsberg conciliabat. Göttingische Gesch. III. B. S. 204.

Joannes Holzberg. Extat hujus sententia arbitralis de decimis a parocho Sülingenensi Collegio Canonicorum Nortunensium injuste denegatis an. 1446. Nr. XLIV.

Bertoldus Amelose. Annis 1471. et 1473. praesedit judicio ecclesiastico, a quo ad Sedem Moguntinam Conradus Udenis Scholasticus Salzensis (in Langen-Salza) provocavit an. 1473. Nr. LIII. et LIV.

Ludovicus Winkelmann Canonicus S. Mauritii Hildesiae 1476. Asservatur in tabulario civitatis Göttingensis charta anni 1476. cuius initium tale est: Eck Lodewicus Wynckelmann Canonick Sancti Mauritii Karcken uppe dem Berge vor Hildensem nüt tor tyd official der proestie to Nörthen menschis Sprengels bekenne opinbar in dussem Breve Nadem myne Vorfaren in dem Officialate mit dem erlichen Rade to Göttingen in eynunge und vorſcrivinge syn gheseten &c.

Conradus Bruns repertus a me in literis nondum editis an. 1504.

Joannes Mechelmeshusen Canonicus ad S. Martinum Heiligenstadii memoratur officialis praepositurae Nortun. et Einbecensis an. 1515. II. Th. der Nachrichten von dem Stifte S. Alexandri zu Einbeck. S. 134. Conf. Gött. Gesch. III. B. S. 267.

Joannes by der Linden.^{a)} Ejus officium indicat litera eius inscripta: Dem werdigen und achbaren Herrn Johann by der Linden Official der Probstie Sanct Peters Kerken tho Nürthen. Ebend. S. 268. Parthenon Lippoldsberg 1534. praesentavit ei presbyterum ad Ecclesiam parochialem in Moringen. DOMEIER p. 108.

Laurentius Schienem alias Goldschmidt nuncupatus. Huic item intendit Andreas Angerstein praepositus post an. 1547: ob administrationem praepositurae sub Antecessore minus integrè gestam b). An successorē habuerit, valde dubito.

§. 3.

Ambitus et fines Archidiaconatus Nortunensis.

Archidiaconatus Nortunensis et spatii amplitudine et numero ecclesiarum et praestantia urbium monasteriorumque nulli secundus septentrionem versus, proximus fuit Archidiaconatu Eimbeccensi et Dioecesi Hildesiensi. Fines Episcopatus Hildes. a Ludovico pio anno 822. et iterum ab Henrico II. imperatore an. 1013, ob controversiam de jurisdictione in Abbatiam Gundersheimensem ortam inter S. Willegisum Archiepiscopum Mogunt. et S. Berwardum Episcopum Hildes. descripti sunt c). Cum autem loca limitanea a montibus Hercyniis usque ad Visurgim ab imperatoribus designata partim vastata sint, partim incerta maneat, quanquam Falke et Lauenstein iis explicandis operam dederint: antiqua illa finium descriptione nisi haud possimus. Igitur viam aliam eamque tutiorem in ibo, et ecclesias ad dioecesin Moguntinam certo pertinentes hic indicabo, juxta et ecclesias Episcopo Hildesiensi exploratae subjectas.

Mogun.

b) *Geschichte des Peters.* St. S. 292.

c) LEIBNIT. *Script. Brunsvic.* T. II. p. 155.

Moguntinae Dioecesis erant: Zellerfeld in sylva Hercynia, Münchhof, alias Kemnate dictum, Grene, Nanxen Amensen et Strot, Markoldendorf et Vorwold. Hildesiensis erant: Seese, Herhaule, Gandersheim, Erzhausen, Vardenen, Eschershausen, Scharfoldendorf, Holthusen, Wikensen, Amelunxborn et Holenborg ^{d)}. Maxima autem pars horum locorum contermina fuit Archidiaconatus Einbeckensis; uti e descriptione sedium Archipresbyteralium patebit.

Ab ortu Nortunensis Archidiaconatus porrigebatur ad Jechburgensem. Hujus sedem Bleicherode tingebat nostra fides Seeburg; quibus autem in locis tetigerit, ob causam in prae-
fatione allatam, nolo hic decernere.

Meridiem versus nostrum cingebat Archidiaconatus Heiligenstadiensis nominatim Simerode et Bischhagen sedis Heilig. et Kirchgandera, Rohrberg et Rustefeld sedis Kirchg.

Ab occaſe Visurgis Nortunensem a vicinis Archidiaconatis distinguebat, a Frideslarensi quidem prope urbem Mündam et villas inter Fuldam et Werram sitas; a Geismariensi juxta Bursfeld et Lippoldsberg, et ab Episcopatu Paderbornensi juxta Wanbeck et Lauenförde.

S. 4.

Sedes Nortun.

Huc referuntur: Bischhausen, Angerstein, Lütgenrode Elvesse, Marienstein, Bühl, Sudheim, Suershausen, Nieder-Billingeshausen, Spanbeck, Holzerode, Ober-Billingeshausen, Eddingehausen, Reigershausen, Bovenden, Weende, Nicolaus-Berg, Grone, Pärensen, Harste, Grossen-Rode, Berensen, Hillerse, Höckelheim.

Eccle-

^{d)} Gelehrte Hannov. Anzeig. 1753. 14. Stück.

Ecclesia parochialis S. Martini antiquitate nulli in hac regione cedens evecta est an. 1055. in ecclesiam collegiam, tam, a Lupoldo Archiepiscopo Moguntino, qui eam fundis et decimis tam liberaliter auxit, ut duodecim Canonicis instituerentur e). A numero duodenario ad Senarium iactura bonorum Canonicos pridem rededit f). Ius patronatus parochiae Lupoldus contulit praeposito et Gerardus Archiep. Capitulo an. 1259. coniunxit g). Accessere paulatim sequentes Vicariae:

1) *Vicaria S. Cyriaci fundata a Lupoldo de Hanstein hujate praeposito, pro novo Sacello, quod ipse an. 1303. inter curiam suam construxit. Geschichte des Peters-St. p. 94. et 95. Urk. Nr. XVIII.*

2) *Vicaria B. M. Virginis, quam Joannes Parochus in Dransfeld an. 1311. instituit, Decano jus tribuens successores primi vicarii designandi. Ebend. p. 96. Urk. Nr. XXI.*

3) *Vicaria, cuius Auctor fuit Magister Eckbertus dictus Westfal de Eynbecke, Canonicus ecclesiae Fritzlarensis, confirmata ab Henrico Archiep. Mogunt. an. 1339. Ebend. Urk. Nr. XXXII.*

4) *Vicaria S. Magdalene in crypta an. 1341, debetur Henrico de Grone Scholastico et Konemindo de Waken sacerdoti, ex quorum instituto senior Capituli vicarium nominare solebat. Ebend. Nr. XXXIII.*

5) *Vicaria S. Severi. Hanc Nicolaus de Hevensen Vicarius ad S. Cyriacum et Wedekindus de Redingshusea an. 1342. considerunt. Ebend. Nr. XXXIV.*

6) *Vicaria S. Sylvustri est monumentum pietatis Joannis de Hardenberg et filii ejus Ditmari attingens, qui consentiente capitulo novum sacellum in coemeterio ad dicarunt sufficienti dote presbytero assignata ea conditione, ut ibi quotidie missam dice.*

e) *Geschichte des Peters-St. S. 5.*

f) *Ebend. S. 128.*

g) *Urk. Nr. VIII.*

diceret. Extinctis Hardenbergiis Lindavii comorantibus jus patronatus in capitulum transiit. Ebend. Nr. XXXV.

7) *Vicaria S. Elisabeth.* Tempus fundationis nescimus, novimus autem fundatores Henricum et Hildebrandum fratres de Hardenberg et prioris filium Henricum ex eorundem literis an. 1380. h) Joannes Wedekind circa an. 1621. mortuus ultimus fuit vicariae possessor i), quam Arch. Mog. an. 1664. vicariae S. Sylvestri attribuit. Urk. Nr. XCVI.

8) *Commenda S. Antonii.* Quis et quo tempore illam initia-
verit, frustra inquisivis, reperi autem ante an. 1388. extitisse k) et 1572. a Theoderico de Hardenberg Nicolaum Tollen fuisse praesentatum. Nr. LXXI.

9) *Vicaria S. Eustachii* in crypta minore sub choro, conditorem habuit Engelhardum scholasticum an. 1386. jus vicarium nominandi post mortem instauratoris, penes Engelhardi consanguineos fuit. Nr. XLIII.

10) *Vicaria in Sacello S. Thomas,* cuius memoriam retinet testimonium officialis Nortunensis de quodam statuto Canonorum ejusdem ecclesiae an. 1444. datum. Nr. L.

11) *Altare seu commenda SS. Trinitatis.* Post dimidium Saeculi XV. Berta vidua Henrici de Hardenberg cum duobus civibus Nörtensibus illud dotarunt. Matrijs factum probant Theodericus et Henricus de Hardenberg an. 1482. Nr. LIII.

12) *Vicaria S. Nicolai.* Mentio hujus vicariae fit an. 1459, quo Margaretha Engelhard Nörtensis Vicario Henrico Gödeke, curiam sitam extra portam inferiorem donavit. Nr. LI. Extra ecclesiam

Sacel.

h) Urk. Nr. XL.

i) *Geschichte des Peters-St.* S. 97.

k) Ebend. Urk. Nr. LXXXIV.

Sacellum trium regum in castro Hardenberg verosimiliter cum arce ipsa exstructum. Census vicarii auxit an. 1530. Joannes Brecht Sacerdos ¹⁾, quos Sacello circa an. 1590. profanato Canonici repetierunt. Nr. LXXV.

Sacellum in Domo Leproorum extra portam septentrionalem. Et domum et aediculam sacram in honorem S. Annae et Andreæ erigi curavit Hermannus Henefedder civis Nortensis an. 1520, centum florenos in sumptus conferente Conrado Zimmerman presbytero. Vicarius obstrictus ad sacrum quavis hebdomada semel celebrandum, nominandus erat a capitulo et praesentandus a perillustri gente de Hardenberg. Nr. LXI. et LXII.

Parochiae Nortunensi fuerunt ecclesiae filiales quatuor:

Angerstein a matre an. 1150. per Henricum Archiep. Mog. translata ad monasterium Steine. *Wenck Heß. Gesch.* II. B. II. Abth. S. 747.

Bischhausen Ecclesia S. Georgii. Incolae a Decano Nortunensi an. 1385. hoc impetrarunt, ut trinis vicibus per annum res divina in Sacello perageretur. *Urk. des Peters. St.* Nr. XLII.

Elvesen Ecclesia S. Martini. Ad exemplum Bischhusanorum Elvestenses id sibi dari postularunt an. 1398. a collegio canonicorum Nortun., ut Sacellum ipsorum dedicaretur et trinae missae quot annis in eo dicerentur. *Ebend.* Nr. XLV.

Lütgenrode Ecclesia S. Joan. Evang. Matri, mutatis licet sacris, constantissime adhaesit ac baptismum sepulturam et matrimonii consecrationem a parocho suo Nortunensi hattenus suscepit.

Monasterium Mariensteine O. S. B. Ante medium Saeculi XI. stetit hic Sacellum B. M. Virgini sacrum ad ecclesiam collegiatam S. Martini Heiligenstadii pertinens, quod Lupoldus Arch. Mog. mutatione acceptum canonicis Nortunensibus an. 1055. dedit

1) *Ebend.* Nr. LXIII.

dedit ^{m)}). Ruthardus ejus successor cum sibi ab Henrico IV. imperatore metuens, Moguntia profugus in arce Hardenbergensi aliquamdiu degeret animumque adjiceret, ad novum monasterium O. S. B. excitandum, idem Sacellum a praeposito Nortunensi an. 1102. obtentum noyae familiae hic collocatae paulo post attribuit ⁿ⁾. Illa paucis capitibus primum constabat modicis instructa facultatibus, ad quas augendas Adelbertus Arch. Mog. Eberhardum, quem Ruthardus caeteris praefeccerat, an. 1120. dignitate Abbatis decoravit ^{o)}. Varius casus tulit monasterium,* ultimum sensit ab igne jussu Christiani Ducis Brunsvic. an. 1626. injecto. *Meine Geschichte des Peters-St. S. 199. et 201.* Inter bona monasterii numeratum est

Praedium cum Sacello S. Margarethae supra villam Bischofshausen situm. Sacellum pridem dirutum est, agrum ab an. 1558. possidet perillust. gens de Hardenberg. *Geschichte der kl. Steine S. 70.*

Bühle Ecclesia paroch., quam an. 1242. Godescalcus plebanus curabat. Patroni perillust. gens de Hardenb. *Ebend. Beil. N. III.*

Sudheim Ecclesia fil. Capellam in Sudheim et duos mansos dotaes Sifridus comes de Boumeneburch an. 1141. donavit coenobio S. Blasii. *Orig. Guelf. T. IV. p. 525.*

Sudershausen Ecclesia paroch. Patroni illustriss. gens de Hardeberg.

Nieder-Billingshausen Ecclesia fil. olim parochialis, ad quam an. 1492. Gevehardus de Hardenb. Canonicus Nortunensis sacerdotem Henricum Ludemanns praesentabat. *Urk. des Peters-St. Nr. LV.*

Span.

^{m)} *Ebend. S. 8.*

ⁿ⁾ WENCK *Heff. Gesch. II. B. II. Abth. S. 738.*

^{o)} *Urk. Nr. I.*

* Conf. *meine Geschichte des Kloster-Steine.*

Spanbeck Ecclesia paroch. Patroni olim dynastae de Plesse fuerunt.

Holzerode Ecclesia fil.

Ober-Billingshausen Ecclesia fil. olim paroch., si Chrachto plebanus de Billingesh. an. 1262. apud WENCK II. B. II. Abth. S. 738. huic loco praefuit.

Eddingehusen vel Odingehusen an. 1192. facello instructum legitur p), quod saeculo sequenti evasit ecclesia parochialis, cuius rector Joannes an. 1262. memoratur. *Urk.* Nr. VI.

Reigerhausen Ecclesia fil.

Dyepoldeshusen locus intra limites parochiae Edingehusen situs an. 1308. unitus est ecclesiae Weendensi a Petro Archiep. Mogunt. MEYER orig. *Pleff.* p. 235.

Sacellum in castro Plesse. Rectores ejus modo capellani, modo plebani in Plesse vocantur q). Novum Sacellum an. 1485. aedificatum est a Mauritio de Plesse. MEYER I. c. p. 130.

Bovenden Ecclesia paroch. jus patronatus Godescalcus, Theodericus et Mauritius de Plesse, Ludovico Hassiae Landgravio an. 1447. feudi nomine obtulerunt. WENCK *Hess. Geschichte.* II. Abth. S. 805 u. 834.

Weenden Ecclesia paroch. Hanc Conradus et Bertoldus de Schönenberg an. 1268. Parthenoni Weendensi dono derunt, r). Is ante annum 1184. in eo villae loco, ubi nunc est domus administratoris, sedem fixerat, uti eruitur e literis Adelogi Episcopi Hildesiensis. SCHREID *Mant. docum.* p. 402.

Sacellum S. Augustini intra claustrum. Ut in eo perpetuum lumen aleretur, Godescalcus de Plesse monialibus die 20. Febr. an.

p) SCHMINKE *monim. Haff.* Coll. II. p. 663. -

q) v. g. Fridericus Capellanus Plessensis. Joannes Plebanus in Plesse an. 1247. testis fundati monasterii Höckelheim.

r) Gött. *Geschichte.* III. B. S. 135.

an. 1285. aream quandam marcis duabus et dimidia vendidit.
MEYER l. c. p. 230,

Niclausberg haud dubie nomen traxit ab ecclesia in honorem S. Nicolai consecrata. Dicitant, an. 999. reliquias ejus hic allatas, quae monti famam conciliaverint et multos peregrinatores allexerint *s).* Certius est, coetum Virginum O. S. Augustini saeculo duodecimo *t),* incognito fundatore ecclesiae huic satis spectabili inservisse, cuius rei vestigia et intus et foris manifesta sunt. Deserto monte in vallem se receperunt sacrae virgines, ut paulo ante notavi.

Burggrone castrum imperiale proprium habuisse facellum patet e litteris Ottonis I. an. 969, quo capellam regalem in Grone et quinque mansos novo monasterio Pöldensi dedit *u).* Eadem an. 1146. e dono Conradi regis parthenoni Fridele cessit *v),* quam donationem Fridericus Conradi Successor an. 1153. iteravit *w).* Nihilominus de jure patronatus controversia fuit cum Ducibus Brunsvicensibus *x)* an. 1475. amice composta *y).*

Ecclesia paroch. S. Joannis Baptiste in Burggrone eversa est, nescio quo fato, unde Papa Martinus an. 1419. indulxit, ut ejus proventus in alios pios usus converterentur *z).* An. 1390. Godescalcus de Grone erat plebanus in Burggrona. Nr. XXXIII.

Alden-

s) Ebend. II. B. S. 24. und III. B. S. 54.

t) Erravit Udalricus ab Erath scribens in conspectu Hist. Brunsvico-Lüneb. p. XXII: 1300 fundatum circa hoc tempus monasterium Wehade.

u) MADERI antiq. Brunsvic. p. 107.

v) Gött. Geschichte fortges. Betr. S. 105.

w) Ebend. S. 108.

x) Ebend. S. 114 u. ff.

y) Ebend. S. 127.

z) Gött. Geschichte. III. B. S. 231.

Aldengrona Ecclesia paroch., cuius plebanum Albertum Reden vid. Nr. XXXIII.

Parenzen Ecclesia paroch. jus patronatus olim posse derunt Dynastae Pleffenses. WENCK. *Heff. Gesch.* II. B. S. 738.

Harste Ecclesia paroch.

Großen-Rode Ecclesia paroch., de qua vid. N. IX. Parochi nominantur ab, illustriss. gente de Hordenberg.

Hildesße Ecclesia paroch. Sanctimonialibus in Höckelheim ab Helmoldo de Plesse an. 1288. tradita. WENCK. l. c. Nr. CCXVI.

Höckelheim Ecclesia paroch. An. 1242. Henricus plebanus Höckelh. comparet in Capitulo Nortunensi. *Geschichte des kl. Steine.* Beil. III.

Höckelheim Coenobium. Ludolfus, Godescalcus et Poppe Dynastae de Plesse optantes habere aliquod monasterium in ditione sua, Adelam Abbatissam cum suis monialibus ord. cisterc. e Vorenagen prope urbem Hamelam an. 1247. vocarunt Höckelhemium, iisque habitationem pararunt additis ad sustentationem bonis ea tamen lege, ut ne unquam extra territorium Pleffense migrarent.* Steterunt moniales promissis, sed extincta an. 1571. familia Pleffensi, locus ad Landgravios Hassiae venit, sub quibus virgines lutheranae catholicis successerunt. Illis an. 1580. Margaretha Bönigs praefuit. WENCK II. B. II. Abth. S. 853. 854.

Sacellum S. Annae extra monasterii portam, Abbatissa una cum aliquot devotis hominibus an. 1512. erexit, ubi semel per hebdomadem Missa legebatur. WENCK l. c.

§. 5.

* WENCK *Heff. Geschichte.* II. B. Urk. Nr. CXXXVI.

§. 5.

Sedes Honftad.

Nordheim, Holtensen, Wibbrechtshausen, Edesheim, Imshausen, Eboldshausen, Vogelbeck, Alshaufen, Kalefeld, Sebexen, Hogershausen, Oelxen, Weissen-Wasser, Wiershausen, Harriehausen, Oldenrode, Diderode, Dögerode, Oldershause, Echte, Willershausen, Westerhof, Lagershausen, Denkershausen, Hammenstedt.

Honftad Ecclesia paroch. Hartungus plebanus an. 1208. aderat judicio ferri candardis habitu a).

Monaferium Nordheimense S. Blasii O. S. B. fundatorem veneratur Ottonem Comitem Nordheimensem, factum ducem Bavariae an. 1061, sed initium valde incertum est, aliis annum 1050, aliis 1052, vel 1062 statutibus. Neque testimonium domesticum ponens annum 1051 hic valet, cum admodum fero exaratum sit et scateat manifestis erroribus contra genealogiam b). Defectum chartae foundationis ante an. 1141 jam amissae aliquo modo supplet diploma Sifridi Comitis de Bome-neburg fundationem avi innovantis c). Post ejus mortem (1144) ad tres dominos, intra breve tempus, monasterium pervenit, donec Henricus Leo illud an. 1164. recuperatum haeredibus suis relinqueret d). Reformationi Saeculi XV. constanter restiterunt coenobitae, sed aeri alieno, bellis et rapacitati resistere non potuerunt. Abbas ultimus Jacobus Bruns an. 1572. die 3. Septembris electus, alieno in monasterio S. Michaelis Hildesii 1617. die 22. Aprilis supremum diem obiit. Quem vero Abbatem caesaris Ferdinandi edictum et Victoriae post liminio intro-

a) KOTZEBUE ant. Nordheim sub Abbe Hermanno III.

b) LEUCKE, *antiq. Nordh.* p. 233. *Orig. Guelf.* T. IV. p. 479.

c) *Orig. Guelf.* I. c. p. 523.

d) *Orig. Guelf.* T. III. p. 424.

introduxerant, Franciscum Molitorem Coenobitam ad S. Godehardum, is post pacem Westhalicam ad suos redire coactus est. KOTZEBUE *ant. North.*

Coenobium Virginum O. S. B. priori annexum in historia locum non haberet, utpote oblivione deletum, nisi Epistola Duci Ottonis an. 1234. ejus memoriam servasset, qua jubet moniales juniores in alia claustra amandari ob sinistrum rumorem, sive verum sive falsum e). Scio non paucos hoc mandatum legentes magnopere offendit, quod moniales juxta monachos habitarint. Nesciunt illi, nihil communius fuisse ordinis Benedictino, quam ut non procul a monachis monachae vivent, quin principes, Episcopi et populus mali quid suspicantur. Itaque si specialis causa religiosas hic amovendi intervenierit, laudo prudentiam et pietatem Ottonis; sed alia coenobia, ubi manebant virgines, non vitupero.

Sacellum B. M. Virginis in Coenobii immunitate situm, cui Abbas Everardus et conventus ab Azone litone suo IV. areas redimentes, unam assignant an. 1258. KOTZEBUE *de monasterio S. Blasii.* Conf. REDDERSEN p. 71.

Ecclesia paroch. S. Sixti circa an. 1200. aedificata creditur. Plebanus Nordheimensis Widekindus an. 1208. aderat judicio per ferrum candens de praedio Huserberg terminando f). Anno 1244.* Abbas S. Blasii unionem ecclesiae Sixtinæ cum suo monastorio impetravit a Sigefrido Arch. Moguntino g), ex quo tempore penes Abbatem erat, parochum vel externum, vel religiosum, quibus vellet conditionibus, nuncupare.

Vero-

e) *Orig. Guelf.* T. IV. p. 140.

f) SCHEID *Anmerk. und Zufüsse* p. 687. KOTZEBUE *de monast. S. Blasii.*

* Annus MCCXXXIX. apud LEUCKE. non convenit cum anno decimo quarto pontificatus Sigefridi Archiep.

g) LEUCKE. *antiq. Nordh.* p. 242.

Verosimiliter in hac ecclesia fuerunt duae illae commendaes, de quibus mentio in antiquis scriptis occurrit. Alteram instituit *Henricus Nigenstedt* presbyter ⁴⁾; alteram *Henningsus Oppermann Caponicus* ad S. *Seyerum* Erfordiae an. 1501. *GROTENS Geschichts-Calender.*

Sacellum SS. Fabiani et Sebastiani a Magistratu Nordheimensi in foro positum an. 1354. ex voto, ad avertendam pestilentiam. Assentum parochus praestitit die decima Augusti ⁵⁾. Inserviit deinde hoc Sacellum presbyteris Calendaris Honstadenibus, ad conventus facros hic peragendos. Nr. LV.

Sacellum S. Hieronymi ecclesiae parochiali contiguum. Auctor recentior structuram *Geroldo Medico* ad an. 1445. adscribit ⁶⁾. Ibi videre est Figuram B. M. V. referentem, inter praecelsa cervi cornua locatam, ad quorum ramos, quidquid vestium, vel aliorum donorum olim oblatum est, appennum suisse perhibent. Ab illa imagine Sacello etiam nomen B. M. V. venit *GROTENS Geschichte der Stadt Nordheim, mit Beyträgen von Redderßen*, S. 87. 88.

Sacellum amplitudine templum vicanum aequans * nostra aetate destructum, ad lapides novae domui an. 1789. aedificatus adhibendos. l.c. p. 70 et 71.

Sacellum in foro anserum vel anatum hodie supereft;

Sacellum in platea molari;

Sacellum in platea lata. Utrumque partem murorum suorum adhuc ostendit. l.c. p. 70 et 71.

Sacellum in platea taurorum etiam in platea taurorum, sive in platea taurorum.

^{a)} Nr LVI.

^{b)} REDDERSEN *Zufüsse zu Grotens Chron.* p. 53.

^{c)} RÜLING *Beschreibung der Stadt Nordheim* p. 40.

^{d)} Hujus Sacelli uti et reliquorum nomina seu patronos tacent scriptores Nordheim.

Sacellum S. Crucis in novo longo ponte consecratum a Nicolao Episcopo Vernensi an. 1432. Nr. XL. Dirutum est an. 1737.

Domus leprosorum cum Sacello, in quo Ludolfus Arndes presbyter an. 1432. altare erigere ac dotare statuit. Nr. XL.

Aedicula Sacra, dicta der leuen Fruwen Clus by dem selden Graben. Hic multa dona dabantur, de quibus inter Senatum Nordheimensem et parochum Hammesteensem an. 1510. convenit. N. LXI.

Langen-Holtensen Ecclesia paroch. Moniales in Wibbrechtshausen jus patronatus an. 1482. accipiunt a Joanne de Boventen. SCHEID. Mant. docum. p. 344.

Parthenon Wibbernshusen ord. cisterc. Ejus initia sunt obscura. BUSCHINGIUS refert, an. 1030. moniales O. S. Benedicti hic fuisse (introductionis 1); videtur ignorasse, ordini Cisterciensi tum temporis nondum instituto, locum semper fuisse proprium. Chronicon domesticum circa an. 1566. conscriptum primam Abbatissam ad an. 1207. nominat HEWIGEM, Alberti ducis Brunsvic. filiam, et primum praepositum ab anno eodem usque ad an. 1255. HENRICUM PUMMEN. Hem! ubi an. 1207. duces Brunsvicenses erant? ubi Albertus? Etiam in praeposito labitur, nam an. 1240. in Orig. Guelf. T. IV. praef. p. 72 memoratur Alexander praepostus in Wibbernshusen. Notiora sunt facta; quibus coenobium Saeculo XV. concussum est, sub Abbatissa Gesa Redecken Hildesiensi. Anno quippe 1566. universa bona et redditus Wolbrando de Stockheim et an. 1570. Christiano de Wobbersnau oppignorata sunt, quae cōventus an. 1477. redemit, non sine magno aere alieno. Abbatissa illa mortali-tatem explevit die 24 Jun. an. 1593. Quae circa religionem an. 1542. et deinceps mutata sunt, docent Nr. LIX.LXX.

Sacellum S. Annae in abside tempii. Otto dux Brunsvic. (der quade) an. 1394. die 13. Decemb. ex vivis excesserat usu corporis. Incessu solerter uulnus mancipiis in illa abside sacro-

1) Erdbesch. 9. Th. p. 289. 3

sacerorum privatus; cui post mortem in communionem ecclesiae restituto, conjux ejus *Margaretha de monte* hic monumentum et altare cum sufficienti dote exstrui curavit. *Chron. Wibbrechtshuf.*

Aschau Sacellum B. M. Virginis inter Mandelbeck et piscinam Westerhofen situm. Conditor fuit *Joannes Mantuanus* ord. Cisterc. professus monasterii Aschau in Alsatia. * Is varia mandata summi Pontificis in Saxonia inferiore executus, secundum hac transiens, gravi morbo in Wibbrechtshausen correptus est. Aegrotus votum nuncupat Sacelli in honorem deiparae, si convaleficeret, erigendi. Convalescit ac erigit post an. 1376, opus accolis strenue adjuvantibus. Mox e tota vicinia Sacellum frequentatur praefertim festis Marianis, quod *Joshua* adeo placuit, ut statueret reliquum vitae tempus hic transigere et a confessionibus monialium esse. Vivere desit die 16. Octob. 1398. Post mortem ejus diu in honore fuit Sacellum Aschau, donec circa an. 1514. effractum aliquoties et spoliatum negligi coepit et demum collabi. *Chron. Wibbrechtshuf.*

Edesheim Ecclesia paroch.

Immedeshusen Ecclesia paroch. olim spectans ad Episcopum Paderbornensem, qui aliam pro illa mutavit. *HABENB. Hist. Gandersh.* p. 1638. 1641.

Eboldeshausen Ecclesia paroch. Wernherum plebanum an. 1242. novimus ex historia monasterii Steine. *Beil. N. III.*

Alshausen Ecclesia paroch. Plebanus Helmivicus an. 1208. comparuit in judicio per ferrum candens acto. *SCHBID Anmerk. und Zusätze.* p 687. *KOTZEBUE de monast. S. Blasii.*

Sebexen

* De hoc monasterio agit *Gallia Christiana* T. V. p. 785. et *GRANDIER l'histoire de l'Eglise de Straib.* T. I. p. 303 et 304. Nec hic, nec ibi lego Aschau sufficere ord. cisterc.

Sabexen Ecclesia paroch. iure patronatus ad annum usque 1560. usq; est Abbatissa S. Mariae prope Gandersheimum. HARENBERG. Hist. Gandersh. p. 1641.

Weissen-Wasser Ecclesia paroch. Godescalcus senior et Godescalcus jun. de Plesse an. 1299. parthenoni Höckelheim donant jus patronatus illius. WENCK. Hess. Geschichte. II. B. Nr. CCXLV.

Wiershausen Ecclesia paroch. Hanc Episcopus Paderbornensis pro ecclesia Imshausen accepit. HARENBERG I. c. p. 1638. 1641.

Wildershausen Ecclesia paroch. Burchardus de Westerhove dimidium mansum in campus Echte confert plebano Hildebrando Hombergi in Wildershausen an. 1350. Braunschweig. Anz. 1749. p. 607.

Düderode Ecclesia paroch. antiquitus dependens ab Abbatia Gandersheimensi, Coenobio S. Mariae ibidem a Sophia Abbatissa donata est. HARENBERG I. c.

Cahlefeld, Harriehausen, Oldershausen Echte fuerunt quoque ecclesiae parochiales, quarum rectores adscripti erant Sodalitati Calendariorum Honstadiensem. LAUCKE. Antiq. Nordh. p. 248.

Hammenstedt Ecclesia paroch. Curtem, cum vicis, villis et ecclesiis donat Henricus Imperator an. 1019. Episcopo Paderbornensi m), a quo feudi nomine jus patronatus possidebant Dynastae Plessenses n), translatum postea ad Magistratum Nordhelmensem.

Eccle-

m) SCHATEN Annal. Paderborn. T. I. p. 435.

n) WENCK Hessische Geschichte. II. Abth. p. 869. REDDERSEN. p. 195.

subiectum confidimus. Ecclesiae defolatae.

Sacellum in Medehem, coenobio S. Blasii an 1141. datum.
*Orig. Guelf. T. IV. p. 525. Etiam villaë Sulhem pridem excisæ
 fumus fuisse Sacellam existim. Locus uterque jacuit in agro
 Nordheimensi.*

intra p. 13. et nota 12. et cap. 6. §. 6.

Sedes Berka.

Elvershausen, Marke, Catlenburg, Dume, Sutrode, Wachenhausen, Gillersheim, Lindau, Billshausen, Wulsten, Hattorf, Poelde, Elbingerode, Herste, Dorste, Nienstedt, Schwiegershausen, Willersen, Forste, Eisdorf, Gittel, Munchhof, Windhausen, Badenhausen, Laßfeld, Osterode, Uderde, Zellerfeld, Horen, Herzberg.

Berka Ecclesia paroch. Recherus presbyter Barcensis inter testes fundati monasterii Catelnburgensis an. 1105. reperitur o) Parochia haec an. 1337. ab Henrico Archiep. Mogunt. communis mensae conventus Catelnburgensis. fuit applicata. *Brucke Ant. Pöld.* p. 144. et *Catelnb.* p. 56.

Elvershausen Ecclesia paroch. Helmicus Elwidius-husanus plebanus, ad an. 1208. cum multis aliis in monte Huferberg praefens, Elvershusanam fuit, ni fallor, ecclesiam crevit.

Monasterium Catelnburg. Comes Theodoricus junior de Catelnburg et uxor ejus Adela improles montem, in quo habitabant, destruthis munitionibus coenobio in honorem S. Joannis Evangelistæ destinarunt, elque prædia multa ad sustentationem monachorum tribuerunt. Ecclesia cum claustro an. 1105. completa erat, cuius altare primarium in honore domini nostri Jesu

o) *Orig. Guelf. T. IV. p. 546.*

Jesu Christi, S. Joannis Apostoli et Evangelistae Ruthardus Archiep. Mogunt. die 11. Novemb. dedicabat, simul confirmans novam foundationem, praesentibus aliquot comitibus, Abbatibus et praepositis p). E literis Ruthardi uti et Adalberti L. Archiepiscopi an. 1139. certum est, primos claustris incolas fuisse Canonicos S. Augustini, vocantur enim fratres q); sed post initium Saeculi XIII. illud iisquebant moniales S. Augustini. Anno 1532. Philippo Duce Grubenhagio Lutheri doctrinam in ditionem suam invehente, pleraque virgines eam amplectae sunt. Ultima Priorissa fuit Elisabeth de Mingerode. Philippus junior coenobium in palatum convertit an. 1558. LEUCKF. Antiq. Catlenb. p. 68.

Dume Ecclesia paroch. Ecclesia collegiata S. Alexandri exente Saeculo XL hic condi copta et paulo post Einbeccam translata loco nomen dedit. I.c. p. 728.

Wachenhausen Ecclesia fil.

Sutrode Ecclesia fil.

Gillersheim Ecclesia paroch. Ezelinus presbyter Geldrikensis an. 1105. adstitit consecrationi ecclesiae Catelburgensis r), cui fundator Comes Theodoricus Geldrikesen pecuariam domum et duodecim mansos et ecclesiam ejusdem villae dedit. LEUCKF. Antiq. Catlenb. p. 23.

Lindau Eccllesia parochialis SS. Petri et Pauli. Cujus patronatum Hermannus et Godescalcus de Plese Ortoni Episcopo Hildesiensi an. 1322. vendunt. Geschichts der Eichsf. I.B. S. 87.

Vicaria S. Magdalene Saeculo XV. a. Dominis de Hardenberg Lindaviae sedem habentibus, munificè dotata. Vicarius tenetur diebus dominicis et festis mane sacrum dicere. Bills.

p) Ibid.

q) Ibid. p. 545.

r) Orig. Guelf. T. IV. p. 546.

Billithausen Ecclesia paroch. SS. Cormac et Damiani. Henricus Marchio Misnensis ecclesiam et bona sua in Billshusen, quae Poppo de Plesse clientelari jure possidebat, an. 1242, ordini Teutonico donat. *Geschichte des kl. Steine.* Beil. Nr. II. III. Hujus parochiae sicut et Lindaviensis jus patronatus possidet per illustris Gens de Hardenberg.

Wulften Ecclesia paroch. Aegidii. Una cum Lindaviensi, an. 1322, Episcopo Hildesiensi vendita est. *Geschichte des Eichsf.* I. B. S. 87.

Hattorf Ecclesia paroch. Joannes praepositus Pöldensis consensu totios capituli sui jus patronatus in Hattorp, in ducem Henricum Brunsvicensem ejusque haeredes transfult justa commutationis lege an. 1295, 6. non April. Ita HOFFMANN apud LEUCKF. *Ant. Pöld.* p. 66.

Pölde Ecclesia paroch. S. Joannis Evangel. et S. Serapitii. Vero simile est in loco hoc Reginae Mathildi an. 929, pro vitalitio affignato jam tum stetisse ecclesiam, quae ab eadem Regina et Ottone I. Imperatore insigni monasterio O. S. B. circa annum 969. aucta est 1), et ab Hattoni Archiepiscopo Mogunt. confirmata 2) * Otto II. monasterium Pöldense an. 987. tradidit Archiepiscopo Magdeburgensi 3); et *S. Norbertus* ordinis suo premonstratense circa an. 1143 4). Viguit haec regula usque ad an. 1534, quo Philippus Dux Grubenhagius Canonicos ejecit.

Elbelingerode Ecclesia paroch. quam Abbatissa Gandersheimensis Berta, cum villam istam beneficiaria lege Ottoni Duci Brunsvicensi an. 1247. conferret, sibi reservabat. *Orig. Guelf.* T. IV. p. 211.

1) Leuckf. *Ant. Pöld.* p. 18. 2) Ibid. p. 26.

*) Annum 952. in utroque diplomate Ottonis et Hattonis esse falsum, demonstravi in historia mea ubi Duderstad. p. 38.

**) Ibid. p. 31.

3) Ibid. p. 35.

Hervste Ecclesia fil. ab Ottone I. circa an. 969. data monasterio Pöldensi. LEUCKE. *Ant. Pöld.* p. 19 et 67.

Dorste Ecclesia paroch. MEYER *Antiq. Phif.* p. 240. exhibit literas, quarum initium tale est: *Nos Godefalcus nobilis de Plesse Patronus ecclesiarum in Dorstadt &c. an. 1311.*

Nienstedt Ecclesia paroch. consertur ab illustriss. Gente de Hardenberg.

Förste Ecclesia fil. cuius patronatum sibi vendicant ODERSHUSII ET BEHRHII non tamen sine contradictione. LEUCKE. in *Add. ad Antiq. Pöld.* p. 21 coram aliis.

Münchhof vel Kemnade Ecclesia fil. cum Sacello S. Margaretha, quam plebanus in Seesen ante an. 1235, et postea Monachus Coenobii Walkenriedensis, quod villam possidebat, procuravit. LEUCKE. *Antiq. Walkenr.* p. 160 et 161.

Badenhausen Ecclesia paroch. jure patrocinatus olim gavisi sunt Dynastae Plessenses. WENCK *Hessische Geschichtl.* U.B. II. Abth. S. 868.

Lassfeld cum Sacello, a Wilhelmo Rege an. 1252. datur Sanctimonialibus in Osterode. ORIG. GULF, T. IV. p. 237.

Osterode Ecclesia paroch. S. Aegidii. Chronicon Osterodanum originem referit ad S. Bonifecium, qui famae nulla subest ratio.

Altare SS. Andreae, Matthias et Iodoci, ab Hildebrando Homburg parocho Willersbusano, Henrico Jäger parocho Hartoriensi, et a duobus civibus, Tilone Homburg et Jacobo Jäger an. 1368. 1. die Maii dotatum. VID. NR. XXXVI.

Altare S. Crucis an. 1415. VID. NR. XLV. q. VII. T. N.

Altare S. Nicolai, cuius dotem Joannes Hagemeister facerdos fertone an. 1492. die 11. Novemb. auxit.

In hanc ecclesiam e villa Berke sedes presbyterorum Calendariorum an. 1460. translata est, quorum statuta vide apud LEUCKFELD in antiqu. Gröningen p. 197. Zem sirofli si iurisnomi

EGGLESTON. q. VIII. (v) q. VII. (v) q. VIII. (v)

Ecclesia S. Jacobi. Prismam hujus mentionem facit Otto IV. Imperator illi tutejam promittens, remissio advocatiae jure an. 1218. ^{w)} Mortuo Maria imperatrix vidua eandem ecclesiam fraternitati clericorum et militum comprovincialium, quibus maritus contulerat, iterum concedit. *Orig. Guelf.* T. III, p. 846. Inde constat, tum temporis nondum stetisse monasterium.

Coenobium Virginum ord. cisterc. ad S. Jacobum, exstructum circa an. 1230. Nam Otto Dux Brunsvic. an. 1233. illud vocat novellam plantationem venerabilis conventus *S. Mariae et Jacobi* in Osterodthe, quando ei ecclesiam *S. Joan.* Bapt. in eadem urbe, cum tota parochia et omnibus ad ipsam pertinenteribus donabat ^{x)}. Addit Otto, dilectum et speciale amicum suum Ambrosium vita et aetate reverendum, consilio et auxilio fratrum calendarum dictam plantationem inchoasse. * Sustulit illam an. 1258. Dux Ernestus moniales in vicina domo collocans, monasterio in arcem converso. *LEUCKE* ant. *WALKENR.* p. 250. ^{y)}

Ecclesia paroch. S. Mariae, a qua suburbium nomen habet; inde ejus vetustatem colligas. Jus patronatus fuit penes coenobium Katelnburgense, quo se ap. 1337. accepta ecclesia in

w) *Orig. Guelf.* T. III. p. 839.

x) *Orig. Guelf.* T. IV. p. 136.

* Veriora haec sunt, quam quae LEUCKEDE chronicis Osterodano certipit. Es ist aber dieses Kloster an dem Ohpte, wo itzo in Stadt Osterode am Oberharze das sursliche Schloß steht, von Graf Brunus zu Lutterberg und Scharfeld, so an. 1098. gelebet, wiewohl es andere einm Herzog gleiches Nahmens zuschreiben, gestiftet und erbauet worden, welches er anfänglich nach seinem Nahmen Brunsroda, oder Brunonis Rode genannt und mit ansehnlichen Gütern beschenkt hat. *Antiq. Walkenr.* p. 248.

in Berka abdicavit^{y)}. Hic singulis septimanis feria secunda, pro defunctis missa celebrari solebat. Nr. LX.

Altare S. Catharinae de quo agitur Nr. XXXVI.
Ecclesia paroch. S. Joannis, Paulus ante memoravi, illam dono ducis Ottonis an. 1233, ad monasterium S. Jacobi pervenisse.

Sacellum S. Bartholomaei pridem deletum, cui per illustris gens de Oldershausen mansum cum curia in villa Voerste an. 1397 donavit. Nr. XXXV.

Monasterium Franciscanorum juxta Ecclesiam S. Joannis an. 1500. aedificari coepit. Primum lapidem posuit Elisabeth, Mater Philippi Ducus Grubenhagii, cives autem jussi sunt ministrare lapides, calcem, ligna, asperes et tegulas in poenam necis consuli Freienphagen illatae. An. 1512. P. Joannes Becker cum sodalibus suis migravit in novas aedes, non dia ipsius mensuras.

Ptochotrophium ad S. Spiritum excitatum perhibent a sc. dalibus calendariis B. M. Virginis. Benefactores habuit an. 1270. Gerhardum Pistorem ^{z)}, an. 1333. Heiloniem, Hermannum Henricum et Theodericum fratres de Minnigerode ^{a)}, et an. 1431. Joannem Loep.

Nosocomium, seu domus Leproforum cum Sacello S. Theobaldi. Utrumque superest. In isto undecim pauperes foeminae habitant.

Uerde Ecclesia fil. Magistratus Osterodanus hanc villam cum jure patronatus, ab Henrico, Ernesto et Alberto ducibus Brunsvicensibus, an. 1445, impetravit. Nr. XLVI.

Monasterium Cella O. S. B. dioecesis Moguntinae versus septentrionem omnium extremum. Huc in medios Hercyniae montes,

y) LEUCKF. ant. Catlenb. p. 53.

z) Nr. VIII.

a) Nr. XXVIII.

montes, Canonicis SS. Simonis et Judae Goslarienses coloniam monachorum saeculo duodecimo * videntur adduxisse propterea quod ipsi jure gauderent Abbatess nominandi; quoties aliquem decederet contingerebatur b). Abbas primus quem invenire potuimus vocabatur Alexander an. 1208 c). Alius, cui nomen Eberti, an. 1140. aderat Synodo generali Cleri praepositurae Nortunensis d). Desit Abbatia cellensis ineunte saeculo decimo quinto, in tantas rei familiaris angustias redacta, ut redditus annui sex marcas non superarent e). Hos qualescumque proventus Eugenius IV. Papa Canonicis SS. Simonis et Judae an. 1431. prescripsit. Mansit autem ecclesia parochialis ad medium fere Saeculum XVI, a curione catholico et post a protestantico administrata.

Herzberg Ecclesia paroch. EI praesuit an. 1241. Wernerus Sacerdos. LEUCKE, *antig.* Pöld, p. 72.

Sacellum in arce Herzberg, quod Conradus Arch. Mogunt. et Duces Brunsyences Ericus, Fridericus et Otto an. 1420. de arce et communi pace transigentes, utriusque parti commune esse voluerunt. HOLZANN *Herzyn. Arch.* p. 552.

Ecclesiae desolatae.

Leseberg Ecclesia fil. S. Ioan. Evangel. conversa in parochialem cum consensu Lupoldi praepositi Nortunensis an. 1309. sub Woldrade Priorissa parthenonis Catelnb. LEUCKE, *antig.* Catelnb. p. 52.

Oisbu-

* Anno 1141. Monasterium Zellefeldse exstructum creditur. ERATH in Conspectu Hist. Brunsvic. p. VI. Non credi potest.

b) HEINECC. *Antiq. Goslar.* p. 255 et seq.

c) KÖTZEBUE de monasterio S. Blasii ad hunc an.

d) Orig. Guelf. T. IV. praef. p. 72.

e) HEINECC. l. c.

Oishusen. *Oershufen* quondam fil. matris Billshusae, inter banc villam et Bodensei sita. Colliculus, in quo crux collata est, censetur fuisse coemeterium. Haeredes Oershufani* tenentur quot annis dimidiari cerae libram pendere ecclesiae Billshusanae et sacro anniversario pro majoribus defunctis interesse.

Mettingerode non procul ab urbe Osteroda, de cuius ecclesiae ruderibus, vid. Hannov. Magaz. ad an. 1808. p. 170.

Sedes Seeburg. §. 7.

Bernshausen, Germershausen, Krebeck, Bodensen, Rennshäusen, Wollbrandshausen, Rollshausen, Gieboldehausen, Woldershausen, Rüdershausen, Rümpringe, Hilkerode, Silkerode, Bartefeld, Babis, Scharzfeld, Lutterberg, Overfeld, Müngerode, Eulingerode, Seulingen, Desingerode, Eslingerode, Werxhausen, Nesselreden, Etzenborn, Evergötzen, Waake, Falkenhagen, Pötzwenden, Zatenhäusern, Mackenrode, Wölmershausen, Landolfshausen.

Seeburg Ecclesia paroch. S. Martini. Heidenricus plebanus cum Arnoldo Abate Reinhusano. an. 1240. presedit iudicio cleri praepositurae Northeensis f). Jure patronatus utitur perillustris Gens de Ustar. De calendariis Seburgensibus, illorum benefactoribus et statutis lege Nr. XXXII. XXXIX. XLII. LXIV.

Bernshausen Ecclesia paroch. SS. Petri et Pauli. An. 1266. plebasum habuit Albertum g). In ea sepultus est

* Possessores bonorum villarum vestistarum.

f) Orig. Guelf l. c.

g) LEUCKF. Antiq. Pöld. p. 69.]

an. 1363. *Otto Comes de Lutterberg*, unus ex fundatoribus calendarum. Nr. LXIV.

Germershausen Ecclesia fil. Annunciat B. M. V. A priscis temporibus hic Sacellum B. M. V. sacratum, a devota plebe singulis Sabbatis invisitum, dominica autem post festum visitationis Mariae incredibilis peregrinantium multitudo eo confluit.

Krebeck Ecclesia paroch. S. Alexandri, olim de collatione Ducum Brunsvicensium, modo Eminentissimi. *Ita Commissarius Jagemann*. Conf. Nr. LVII. et LVIII.

Bodenfen Ecclesia fil. S. Matthei apostoli.

Rennshausen (Reinolveshusen) Ecclesia paroch. Nativit. B. M. V. Circa an. 1001. S. Berwardus Episcopus Hildes. novo monasterio S. Michaelis ibidem, Sacellum Reinolveshusanum contulit ^{h)}, postea in parochiam conversum, cuius dotatio an. 1465. renovata est. Nr. XLIX. Jus patronatus semper retinuit monasterium S. Michaelis. Nr. LXXV. LXXVI. et seq.

Wollbrandshausen Ecclesia paroch. S. Georgii.

Gieboldehausen Ecclesia paroch. S. Laurentii a Bisone comite allatis Roma ejusdem S. Martyris reliquiis Saeculo nono vel decimo condita et liberalissime dotata est. Fundator illam cum dote Ecclesiae Gandersheimensi donavit ⁱ⁾, quae jus patronatus ineunte Saeculo superiore capitulo Ecclesiae Cathedralis Hildes., pro alia parochia in praefectura Steurwaldensi cessit. *HARENBERG*. p. 1641.

Rollshausen quondam Ecclesia fil. S. Margarethae aetate patrum jus parochiale confecta est.

Woldershause Ecclesia paroch. An. 1387. Hermannus de Woldershause annua sibi et suis in monasterio Pöldensi

^{h)} LAUENSTEIN Hildes. Kirchengeschichte. III Th. p. 13.

ⁱ⁾ HAREN. Hist. Gandersh. p. 779.

densi sacra procuraturus, dat ac donat ipsi jus patronatus cum Capella B. V. in Woldershäusen &c. Ex HOFFMANNO. LEUCKE. *Antiq. Pöld.* p. 67.

Rüdershausen Ecclesia paroch. Exaltat. S. Crucis.

*Rumspringe Ecclesia paroch. Ius patronatus ad monasterium Pöldense spectasse videtur; Rector illius an. 1269. erat Conradus. LEUCKE. *Antiq. Pöld.* p. 75.*

Hilkerode Ecclesia fil.

Silkerode Ecclesia paroch.

*Schartvelde Ecclesia paroch. quam an. 1241. regebat Gotteinus plebanus. LEUCKE. *Antiq. Pöld.* p. 72. Idem.*

Sacellum in Castro Schartfeld curasse legitur. Ibid.

Overnfeld Ecclesia paroch. S. Blasii. Inter testes judicii Bernshusani an. 1389. habitu' primum iocum habet: Der erbare Her, Her Henrich Pferner zu Obernsfeld. Eichsf. Gesch. II. B. Nr. LX.

Mingerode Ecclesia fil. S. Andreae fuit Saeculo XIII. parochialis (eius plebanus ad an. 1261, memoratur Bartholus in Minnigherode k), et ad an. 1276. Conradus. Eichsf. Gesch. II. B. Nr. VIII.

Eglingroda Ecclesia paroch. S. Valentini a Conrado Archiep. Mogunt. an. 1424. numeratur inter parochias Sedis Seehburg. Nr. XXXVIII. Patroni sunt perillustres domini de Westernhagen.*

Seulingen Ecclesia paroch. S. Joannis Bap. Joannes Ryne parochus, an. 1446. Canonicis Nortunensibus decimam de agris et curiis ecclesiae dare reuens, causarum iudicio arbitrorum subjecta cecidit. Nr. XLIV.

Defin-

A) Comment. de Archidiaconatu Heiligenft. Nr. II.

* Delenda est p. 48. Commentat. de Archidiaconatu Heiligenft.

Delsingeroode Ecclesia paroch. S. Mauritii. Rectorem eius ad an. 1230. repertimus Dominum Gozwinum, apud SCHEID. cod. dipl. Nr. 43. p. 596. Parochi nominantur a per illustri Gente de Ustar.

Esplingeroode Ecclesia fil. S. Georgii.

Werckshausen Ecclesia fil. S. Joan. Evangel. Conditores fuerunt domini de Wixeshusen, quibus potentibus illam Wernerus Archiep. Mogunt. an. 1277. nexus cum ecclesia matrice extolavit¹⁾. Anno 1298. monasterium Pöldense cum consensu Henrici Duxis Brunsric. Sacellum Wixeshusanum a Tidérico possesore emit. LEUCKE. Ant. Pöld. p. 78.

Neffelreden Ecclesia paroch. S. Georgii. Helmoldi plebani in Nefelreden testimonium de finibus aureae Marchiae, ad an. 1372. legere est apud ERATH cod. diplom. Quedlinb. p. 539 et seq. Conf. Eichif. Gesch. II. B. S. 34.

Ebergötzen sive Evergödessen Ecclesia paroch. Olim ibidem Dynastae Plessenes patroni, hodie domini directi Duces Grubenhagen. Ita LEUCKE. in Addendis ad Antiq. Pöld. p. 213.

Landolfshausen Ecclesia paroch. Quae filiam habet Falkenhagen. Olim patroni fuere dynastae Plessenes, qui haec praefecturam feudi Grubenhagiaci jure possederunt. Hodie habet dux Grubenhagiacus. Ita LEUCKE. l. c.

Ecclesiae desolatae.

Barkfeld sita quondam inter villas Rollshausen et Germershausen, cuius coemeterium accolis notum est.

Dodenhausen Ecclesia S. Bartholomaei inter Gieboldehausen et Bodensen, nostra aetate collapsa. Festum S. Bartholomaei solet Gieboldehusii a frequenti populo celebrari.

Duden-

1) Nr. X.

Dudenborn. Locus a rusticis tumultuantibus anni 1125. eversus, quem per illustres domini de Uslar clientelae beneficio ab Abbatissâ Quedlinburgensi acceperant. ERATH. cod. dipl. Quedlinb. Nr. CLXV.

§. 8.

Sedes Geismar.

Geismar, Göttingen, Roringen, Herbershausen, Grossen-Lengede, Klein-Lengede, Gelliehausen, Benjehausen, Kerstlingerode, Beyenrode, Rettmarshausen, Weissenborn, Bischhausen, Bremke, Lichtenhagen, Ischerode, Reisenhausen, Ludolfshausen, Reinhanßen, Albershausen, Dienärden, Balohausen, Stockhausen, Reckershausen, Marzhausen, Elkenshausen, Friedland, Deiderode, Hermanrode, Grossen-Schnee, Lütgen-Schnee, Oberjese, Unterjese, Mariengarten, Dramfeld, Sieboldshausen, Volkerode, Mengershausen, Lemmershausen, Rosdorf.

Geismar Ecclesia paroch. an. 1055. a Lupoldo Archiepiscopo Mogunt. praeposito Nortunensi impertita. GUDEN. cod. dipl. T. I. p. 22.

Göttingen Ecclesia paroch. S. Albani omnium antiquissima circa an. 969, in jus novi monasterii Pöldensis venit, ita disponente, Ottone I. Imperatore m). Fuerunt in ea teste Letznero:

Duae Vicariae in altari B. M. Virginis;

Totidem in altari Lefemann disto; et

Commenda a presbytero Joanne Prunge parata. *Götting.*

Gesch. III. B. p. 40.

Sacellum S. Georgii extra portam Albanam. Hoc Albertus Dux Brunsvic. fratribus calendarum S. Georgii donavit n), quam

m) MADERI. *Antiq. Brunsvic.* p. 109.

n) *Gött. Gesch.* III. B. p. 41.

quam donationem tam *Petrus Archiep. Mogunt. o*), quam Alberci filius, Dux *Ernestus ratam habuerunt p*). Rogatu plebani ad S. Albanum, Sacellum a matre ab. 1330. sejunctum est. Nr. XXVII. Praeter altare majus

Altare B. M. V. et SS. apostolorum Petri et Joannis, Simon Comes de *Dassel* et uxor ejus Sophia an. 1325. erigi curarunt. *Gött. Gesch.* III. B. p. 44.

E voluntate *Henrici Lupi Decani Calendariorum*, nova Commenda ordinata est an. 1462, cuius possessio ter per Hebdomadam ad aram facere tenebatur. *Liter. ined.*

Saeclum S. Georgii Senatus Göttingensis an. 1538. demolitus est. - *Gött. Gesch.* II. B. p. 97.

Ecclesia paroch. S. Nicolai. Originem praefat in medio relinquere, quam incertis et fabulosis narrationibus de ea fidem adhibere. Profecto si incrementum urbis, vel copia civium plures poposcit ecclesiis, nemo prudens ante annum 1209. quo *Göttinga* jura civitatis nondum consecuta unam duntaxat parochiam S. Albani habebat q), hanc S. Nicolai comprobabit. Veruntamen eodem *Saeculo XIII.* aedificata est, et an. 1268. ab *Henrico plebano administrata*. *Urk. des Peters-St. Nr. VIII.* occurunt hic:

Commenda a civibus *de Medem*.

Commenda a civibus *Freudenberg* nuncupata.

Altare a Mechtilde de *Marxhausen* et Dieterico de *Volkmarshauen* dotatum, permittepe Ernesto Duce an. 1351. *Lucanus* ad hunc annum. *Gött. Gesch.* I. c. p. 61. *Vicaria*

o) *Gött. Gesch.* III. B. p. 41.

p) *Ibid.* p. 47.

q) *GRUBER* in der Vorrede zum III. Theile der *Götting. Gesch.* p. 44. *GUDEN. cod. dipl.* T. I. p. 416.

Vicaria S. Crucis, quam Hermannus, Heyso et Tilo Endemann fratres, cives Göttingenses an. 1375. fundarunt, permisso iisdem a Duce Ottone jure patronatus. l. c. p. 62.

Binae Vicariae in Sacrario.

Vicaria S. Euflachii.

Sacellum sub Turri tribus fuit instructum vicariis, primafundatorem et patronum habuit Joannem Schwaneflügel, civem Göttingensem an. 1415. l. c. p. 63.

Ecclesia paroch. S. Joannis Baptiste. Ut hanc Ecclesiam duci Lothario ad an. 1119. adscribam ^{r)}, inducere in animum non possum, ob causas paulo ante allatas. Mea quidem fert opinio, post an. 1230. demum, ampli et sumptuosi operis jaeta esse fundamenta, seu a solo duce, qui fuit semper patronus, seu simul a novo senatu. Ista ecclesia sicut principem locum tenet, ita non paucos habuit benefactores, qui eam bonis suis locupletarunt. Fuerunt olim hic:

Altare Summum tribus ornatum beneficiis a Magistratu conferendis. *Gött. Gesch.* p. 120.

Altare primissarlii. *Ibid.* p. 119.

Altare B. M. Virginis. l. c.

Altare S. Crucis et S. Catharinae, cui Vicarium dedit Dietricus de Medem an. 1392. defunctus. *Ibid.* p. 120.

Altare trium Regum commissum duobus presbyteris Vicariis; duos quoque Vicarios habuit Sacellum ejusdem nominis. l. c.

Altare S. Nicolai duos aluit Vicarios. l. c.

Vicaria S. Elisabeth. l. c.

Altare in Sacello a patricia gente de Nörten condito, ubi Simon et Henricus Gisler an. 1495. die 24. Febr. quandam commendam dotarunt. l. c. p. 119.

Sacel-

r) Gött. Gesch. III. B. p. 104.

Sacellum seu oratorium (das Gehr-Haus), quod anno 1360. die 25. Aprilis Dux *Ernestus* ad aedem S. Joannis exstrui permisit, a platea septentrionali versus Theatrum ad plateam Guthmanni, seu Gudermanni. In eo duae Vicariae ab Hermanno *Jütten* et Conrado *Haken* sunt constitutae. l. c. p. 115.

Sacellum S. Antonii in coemeterio S. Joannis cum yenia ducis Ottonis, Joannes de *Waken* et Joannes *Giseler* an. 1379. exstruxerunt. Quatuor sacerdotes Vicarii sacra hic curasse dicuntur. l. c. p. 118.

Extra has Vicarias, pluribus aliis commendis ornata fuit Ecclesia S. Joannis, quas vid. l. c. p. 120.

Ecclesia paroch. S. Jacobi, qnam post medium Saeculi XIII. jam stetisse liquet, tum e subscriptione *Bartisani plebani* ejusdem an. 1268. s), tum e literis Ducum Brunsvicensium Henrici, Alberti et Wilhelmi apud ecclesiam S. Jacobi an. 1279. datis t). In illam non minus liberales fuere cives Göttingenses, ac in alias aedes sacras. Notanda sunt:

Altare B. M. Virginis. Huic inserviebant duo sacerdotes, quorum alteri ut Joannes *Giseler* senior dotem constitueret habetque jus patronatus, indulxit Otto Dux Brunsvic. an. 1383. l. c. p. 133.

Sacellum sub turri, binis quoque Vicaris praeditum primordia sua numerat a fratribus Joanne et Bertoldo de *Waken* an. 1409 l. c. p. 130. 134. *Hannov. Magaz.* Jahrg. 1807. p. 442.

In Sacrario, uti resert Letznerus, cives *Geisemann* dicti aliquod beneficium ecclesiasticum fundarunt. l. c. p. 134.

Altare a Dieterico et Alberto *Endemann* excitatum an. 1417. l. c. p. 135.

Altare ex facultatibus *Helmbrechti Meyer* conditum an. 1453. l. c. Acceffit

Novum

s) Ibid. p. 135.

t) Ibid. p. 129.

Novum altare S. Jacobi; pro sodalibus ejusdem Sancti Jacobs Brüderschaft post an. 1504. positum. I. c. p. 134. Conf. Nr. LXV. LXVI. LXVII.

Ecclesia paroch. B. Mariae Virginis. Originem ad finem Saeculi XIII. aut initium XIV. referendam esse censeo, anno namque 1307. partem aliquam parochiae suae Rector ad S. Albanum plebanio ad B. M. V. cessit u). Hanc qui an. 1312. rexit, scribitur *Johannes plebanus Ecclesiae Sancte Mariae nove civitatis extra muros Gothingen.*

Juxta illam ecclesiam ordo Teutonicus sub Alberti ducis extre mos vitae annos († 1318.) sedem fixit, * cui ejusdem ducis filius Otto viam et semitam quae dicit ad curiam ordinis usque ad aquam quae Leina dicitur. et spatium domorum omnium dictae viae et semitae &c. donavit v). Mox equites a Dominis de Plesse, Hardenberg, Kindehusen et Uslar bona in villis Grona, Roseldorf, Weenden aliisque emerunt w). Qui illa, domum et caeteros milites procurabant, commendatores salutabantur. En brevem illorum catalogum!

1323. Bernard von Winnenstede Commentur auf der Neustadt.

1330. Henricus de Boventen Commendator.

Frater Henricus de Halberstad plebanus. **

1333.

u) Gött. Gesch. III. B. p. 38.

* Ansan novae domus forte dedit LUDERUS Alberti pinguis seu frater, seu filius, de quo consule Hannöversche Anzeigen an. 1751. n. 4. 5. et KOCHS Versuch einer pragmatischen Geschichte. p. 114. 115. et 179. Is saecae militiae se addixit, electus an. 1331. supremus ordinis Magister † 1335. DUELLII Hist. ord. Teut. p. 31.

v) I. c. p. 71.

w) Nr. XXIX. XXIII. XXIX. Geschichte des Kl. Steine Nr. VI. VIII.

** Matthias Arch. Mog. an. 1324. permisisse fertur, ut parochia a sacerdote ordinis teut. administraretur.

1333. Wedekindus von Sebechtesen Commendator.
Bruder Johannes von Braunschweig, Pfarrherr der Kirche
S. Mariae.
1343. Bruder Joannes von Braunschweig Commenthur und
Pfarrherr. *
1353. Johannes Senkepil Commendator.
Conradus Olificis, Albertus fusoris,
Albertus quondam plebanus in Buchede, } Fratres domus
Johannes de Stockhusen, } Göttingen.
Hartwicus de Brunsvich.
1369. Hermann von Stockhus Priester.
1381. Giselbrecht Carl Commenthur und Perner auf der Neuen-
stadt.
1415. Diedrich von Stockhus Commenthur und Bewarer des
Hauses, auch 1417. SCHRID. cod. dipl. p. 476.
1425. Johan von Hundesburg Perner u. l. F.
Conrad Poschword Priester (Boseword).
Bruder Ludolf Weltebech Hofmeister.
1430. Johann Hundesburg Perner u. l. F.
Bruder Johann von Lon. } Priester.
Bruder Segemund Puchau }
1440. Johann von Lon Perner u. l. F.
Bruder Balthasar Dölis Haus Comthur.

1471.

* Hunc multi scriptores pro filio ducis Alberti habent, solo ducti nomine, quod locum natalem indicat, non stemma ducum Brunsvic. Vocatur de Braunschweig, quia in hac urbe primam lucem aspergit, sicut frater Henricus de Halberstad. Ad an. 1353. occurrit Hartwicus de Brunsvich, ac hunc quoque inter Duces Brunsvic. collocabimus? Conf. KOCH conatum hist. pragmat. Domus Brunsvic., qui p. 179. afferit, Joannem Alberti filium, paulo post patrem mortuunt eis; et an. 1321. nullam ejus fieri mentionem.

1471. Johanna Merburgh Perner, Commendur und Vorstender des Hauses der Godesritter.
1476. Herman Merporg Begonen, Bruder des deutschen Ordens Perner u. l. F.
1491. Henricus Sartoris Kumptur und Perner u. l. F.
1508. Johann Martyns Perner u. l. F.
1535. Heinrich von Kitzleben Kumptur u. l. F. Kirche und Hofes auf der Neuenstadt.
1562. Waren feindliche, verderbliche, raubliche, mordliche Jare für das Hanfs; aus Neid und Hass wurde den Personen und Ordensglütern nachgestellt. *Haec mecum a Viro, qui antiqua ordinis teutonici scripta perlustrarat, amice communicata sunt.*

Sacellum S. Georgii in curia Walkenriedensi. Anno 1300. et deinceps monasterium Walkenriedense annuentibus duce Alberto ejusque filiis, aliquot areas Göttingae et nonnulla bona in agro vicino emit x). Abbas Conradus, ortu Göttingensis insignem curiam prope monasterium Patrum dominicanorum aedificari curavit et in ea Sacellum S. Georgii anno 1430. die 23. Septembbris dedicatum, cum antea monachi ad missas celebrandas ara portatili usi fuissent y). Sub Abate Joanne Holtegel a sacris catholicis deficiente, Sacellum in coenaculum conversum est. LEUCKE. l. c. p. 131.

Monasterium Franciscanorum. Structura claustris an. 1268. inchoata et ope Ducum Brunsvicensium et quarundam familarum nobilium an. 1306. absoluta esse traditur z). Monachi cum a regula S. Francisci deflexissent, neque reduci possent ullo modo, an. 1461. expulsi sunt, aliis strictioris disciplinae sub-

x) Gött. Gesch. l. c. p. 90 et seqq.

y) LEUCKE. Antiq. Walkenr. P. L. p. 130.

z) Gött. Gesch. l. c. p. 141.

substitutis a). Demum et hi, quod nollent a regula sua et fide catholica desciscere, circa an. 1532. migrare coacti sunt. Gött. Gesch. l. c. p. 404.

Monasterium Dominicanorum. Familia S. Dominici a Duce Alberto aream Papendick nuncupatam et facultatem monasterii ibidem aedificandi an. 1294. obtinuit b). Ecclesia in honorem SS. Petri et Pauli an. 1331. consecrata est c). In eam cives Göttingenses mense Octobri an. 1529. Fridericum Huenthal, primum religionis suae ministrum, armata manu introduxerunt; quae res fecit ut pars monachorum anno sequente excederent, et pars in verba Lutheri jurantes, in villis proximis curiones instituerentur. Gött. Gesch. l. c. p. 349. 350.

Monasterium Virginum ord. S. Francisci ad S. Annam. Salome, vidua Henrici de Hardenberg an. 1492. defuncti, qui tres areas condendo monasterio ad S. Annam emerat, opus an. 1500. inceptum an. 1516. complevit, quod Dux Henricus sen. Brunsvic., ejus Frater Ericus, Philippus Grubenhagius et Henricus Lüneburgensis liberalitate sua insigniter sublevarunt d). Prima Mater, seu Antistes monialium tertiae Regulae S. Francisci, Margaretha de Warberg relicto Gynecaeo Annae Ducissae de Lüneburg, religiosum habitum induens an. 1518. facta est e), Sororibus illam mors eripuit an. 1524. Post septem annos totus virginum coetus iisdem fluctibus, quibus Patres Franciscani fuerant obruti, absorptus est. Gött. Gesch. l. c. p. 404.

Sacellum Corporis Christi. Initia et nomen dedit inventa in platea Rufforum, nescio quo casu, *sacra hostia* f). Literae, quibus Sacelli illius aedificationem Petrus Arch. Mog. approbavit, Moguntiae an. 1319. die 23. Julii exaratae sunt g). Erat in eo altare SS. Simonis et Judae, quod Heise de Ellingehausen

a) l. c. p. 148.

b) l. c. p. 154.

c) l. c. p. 158.

d) l. c. p. 167. 171.

e) l. c. p. 172.

f) l. c. p. 174.

g) l. c. p. 174.

sen 1407. possidebat, cuius haeredes patroni erant. *Götting.*
Gesch. l. c. p. 175.

Xenodochium S. Spiritus cum Sacello ante portam Gronensem condidit *Heidericus Bernhardi*, civis Göttingensis, Duce Alberto foundationem an. 1293. ratam habente h). Sacellum cum intra fines parochiae S. Albani situm esset, conditores autem ut non solum divina officia in eo celebrari, sed etiam Sacraenta infirmis administrari liceret, a Gerardo Archiep. Mogunt. peterent: is hoc facile permisit an. 1294. accedente consensu Patroni et plebani ad S. Albanum i). Jus patronatus *Joannes Bernhardi* an. 1336. die 8. Sept. in *parthenonem Lipoldsbergensem* transtulit k), a quo ad Senatum Göttingensem pervenit an. 1470. *Gött. Gesch.* l. c. p. 207. Habuit ecclesia

Duas Vicarias aliquamdiu a monasterio Lippoldsbergensi et Magistratu Göttingensi alternis vicibus, dein ab hoc solo collatas. l. c.

Altare S. Luciae, cui Magister *Joannes Wernigerode* commendam perpetuam procuravit die 4. April. an. 1472. l. c. p. 213.

Joannes de Nörten jun. aliquam commendam instituit. l. c. p. 204.

Leproforium cum Sacello S. Bartholomaei ante portam Weedensem an. 1321. excitatum esse *Letznerus* et *Lübecus* commemorant l). Posterior consecrationem Sacelli *Dithmaro* Episcopo Mindensi tribuit; sed perperam, quia Praeful Mindensis tum vivens *Godefridus* vocabatur m). Contra Arch. Mogunt. Petrus et Matthias ab an. 1319 - 1328. suffraganeum habebant, cui nomen erat *Dithmaro*, qui quidem Sacellum istud consecrasse vide-

h) l. c. p. 189. 190.

i) l. c. p. 192.

k) l. c. p. 194.

l) l. c. p. 222.

m) HERM. DE LERBEKE *Chron. Episcop. Mind.* apud LEIBN. T. 2. S. Brunsv. p. 190.

videtur n). An. 1443. jura et honores ecclesiae parochialis, ad preces consulum Göttingensium obtinuit, quibus Otto Dux jus patronatus concessit. *Gött. Gesch.* l. c. p. 224. Notandum etiam est

Altare B. M. V. liberaliter dotatum a *Joanne Spangenberg* o), praeter nonnullas commendas, quarum auctores cives Koersewicken et Stolten fuere. *Gött. Gesch.* l. c. p. 228.

Nosodochium S. Crucis in suburbio Geismariensi Quae de origine illius memoriae prodata sunt, pugnant inter se, alia enim scripta annum 1330, alia an. 1390. statuerunt p). Posteriorem exprimit charta *Ditmari de Hanstein* et ejus agnatorum, aream suam ante portam Geismariensem pauperibus infirmis eum in finem donantium, ut ibi ptochotrophium et facellum erigerentur q). Utrumque intra breve tempus surrexit, et hoc in honorem *S. Magdalene* consecratum, an. 1395. peculiari parocho a Senatu Göttingensi nominando, commissum est r). Saeculum XV. erga ecclesiam S. Crucis tam liberale fuit, ut amplius quinque vicariae et totidem commendae in ea numerarentur.

Sacellum in Curia Hardenbergensi, cuius brevem descriptio-
nen leges im *Hannov. Magaz.* Jahrg. 1807. p. 457. Extra
urbem notandum est

Sacellum S. Iusti, quod an. 1519. jam desolatum erat s).
Huic

Sacellum in Burggrone scriptores Rer. Götting. adjiciunt t), a me jam alibi descriptum. Hic notationem de jure patronatus Senatui Göttingensi olim competenti, in tabulario urbis inventam annettere mihi licet.

Desse

n) SEVER. *Propontif. Mog.* p. II.

o) *Gött. Gesch.* l. c. p. 227.

p) l. c. p. 178. 179.

q) l. c. r) l. c. p. 180.

s) l. c. p. 229.

t) l. c.

Desse geistlichen Lehne gan von dem Rade to Lehne, vortickent anno Domini Millefimo quingentesimo undecimo.

Parochialis Ecclesia Sancte Crucis ante Valvam Geismariensem. Ejus possessor est Dominus Gregorius Nydt et est astrictus in qualibet septimanā ad sex missas.

Parochialis Ecclesia Sancti Bartolomaei prope et extra valvam Wendensem.

Parochialis Ecclesia Sancti Spiritus ante Valvam Gronensem.

Commenda Domini Conradi Stolten et cavetur ad Sanctum Bartolomaeum singulis septimanis cum tribus missis. Ejus possessor Dominus Johannes Bruns.

Testamentum Gertrudis Volprechtshusen exigit sacerdotium et singulis septimanis tres missas. Ejus possessor Dominus Henricus Meiger senior debet etiam caveri in quacunque ecclesia per consulatum ad hoc deputata.

Commenda Domini Johannis Witzenhusen cavetur cum una missa de Sancto Spiritu in Ecclesia S. Spiritus.

Commissio Domini Henrici Meigers cavetur in summo altari ad Sanctam Crucem singulis septimanis cum quatuor missis. Ejus possessor Dominus Simon de Medhem. Item hec commenda est adhuc cum una missa onerata juxta literam, que est apud consulatum.

Commissio Domini Conradi Ortzis cavetur in ecclesia, que ad hoc per consulatum fuerit deputata singulis septimanis cum tribus missis. Modernus possessor Dominus Augustinus Hamel in Heilgenstad cui est assignatum summum altare in Ecclesia S. Johannis.

Commissio Domini Tilemanni Alperode cavetur in ecclesia per consulatum deputanda singulis septimanis cum tribus missis. Modernus possessor Hermannus Bode scriptor civitatis et hujusmodi commenda propria habet paramenta et unum Missale, quod donavit et scripsit Dominus Henricus Balistarius.

Pro-

Provisio de Borchgrone cavetur ad S: Johannem cum duabus missis. Ejus possessor filius Hans Wischeman.

Commissio Domini Johannis Stidenrodes cavetur in loco deputando per consulatum cum una missa singulis septimanis. Illam nunc habet Dominus Borchardus Dronen et legit eam ad S. Albanum ad altare beate Mariae virginis ubi dabuntur sibi lumina, vīnum calices et paramenta.

Commissio der Monnikeschen cavetur ad S. Johannem cum una Missa. Ejus possessor Dominus Martinus Hagemann.

Duas commissiones Doctoris Gundemann unam in Ecclesia S. Johannis, alteram in Ecclesia Sanct. — — in Münden. Dominus Degenhardus Boten est possessor unius scilicet in Münden.

Ubi consulatus in futurum ad Beneficia poterit habere jus patronatus.

Post obitum omnium der von AdelevesSEN virilis Sexus, habent conferre duas Vicarias sive primisserias in AdelevesSEN ex ordinatione Alberti Bernsen.

Post obitum heredum masculini sexus Simonis et Giseleri de Münden ex una, ac Hansonis et Conradi Endemanns ex alia partibus, consules habent conferre duas bonas commissiones in armario Ecclesiae S. Jacobi, aut unam, una parte defuncta.

Provires Sancte Crucis cum consenuſ consulatus habent conferre commissionem Hermanni Berboms, quae cavetur ad Sanctam Crucem cum duabus missis.

Post obitum heredum masculini generis Simonis et Giseleri de Münden, devolvitur ad consulatum jus patronatus Vicariae Doctoris Elderodes, que est fundata in domo pauperum hospitalis Sancte Crucis.

Roringen Ecclesia paroch. a Duce Alberto, monasterio Pöldensi pro Ecclesia S. Albani Gottingae an. 1254. tradita, quam commutationem HOFFMANNUS in *Antiq. Pöld.* his verbis refert: *Dux et frater ejus coenobio poledano dederunt*

jure perpetuo Ecclesiam in Roringen cum omnibus suis pertinentiis et utilitatibus universis sine omni jugo advocatiae quiete semper et libere possidendam. Ecclesiam vero S. Albani in Göttingen a claustro in concambio ita receperunt, ut ejus patronatus et donatio ad duces eorumque successores jure haereditario devolveretur.

Großen-Lingedede Ecclesia paroch. Godescalcus de Lengede ecclesiam istam an. 1070. possedit, quam permisit monasterio S. Martini in Heiligenstadt, acceptis decimis in villis regiis Gronaha et praedio quodam in Didricheshusen. *Eichsf. Gesch.* I. B. Nr. III.

Gelliehausen Ecclesia paroch. Patroni sunt perillustres Domini de Uslar.

Kerftlingerode Ecclesia paroch. S. Joan. Bapt. Anno 1089. pagus una cum Ecclesia ab Heisone de Kerftlingerode exstructus scribitur. Fides sit penes autorem JOAN. WILHELMUM HEISEN *Antiq. Kerftling.* p. 17 et 187.

Beyernrode Ecclesia fil. S. Bartholomaei, dotata an. 1432. l. c. p. 198.

Rittmarshausen Ecclesia fil. B. M. V. Perhibent, hanc vice Sacelli Bernsrodani, olim ab accolis ob penuriam aquae derelicti erectam esse. p. 193. 195. Duas partes *Ecclesiae in Bernsroth* monasterio Reinhulano obtulit Elika Abbatissa in Ringelheim. *Orig. Guelf.* T. III. p. 506.

Bischhausen Ecclesia paroch. S. Martini satis antiqua, si an. 1004. condita sit. l. c. p. 199.

Weissenborn Ecclesia fil. S. Nicolai. l. c. p. 205.

Bremke Ecclesia paroch. confertur a perillustri Gente de Uslar.

Sacellum S. Christophori in castro Alten-Gleichen Thilo et Otto de Kerftlingerode cum cognatis suis Hildebrando, Heisone, Hermanno, Dieterico et Ottone de Uslar considerant, an. 1390. prima

prima die Februarii consecratum. SPECHT Uslar. Stammbechr. Cap. IX.

Reinhausen Ecclesia paroch. S. Christophori, in qua primum Canonici, deinde monachi Benedictini Sacra procurarunt. Conradus Henricus et Hermannus fratres, Comites de Reinhausen filii Comitis Elle, cum Mathilde sorore sua, parvum Collegium quatuor canonicorum sub praeposito Siboldo, circa initium Saeculi XII. aut paulo maturius instituerunt. Siboldo defuneto, cum comites illi bona paterna diuididerent et villa Reinhausen Mathildi, quae principi cuidam Bavarо nupserat, obtingeret: hic Canonicis monachos substituere statuit. Vocat igitur e monasterio Helmershusano aliquot religiosos et his *Reinhardum* primum Abbatem, annuente Adalberto I. Arch. Mogunt. praeficit. Mox Reinhardus Episcopus Halberstadiensis a fundatore rogatur, ut vice Archiep. Mogunt. ecclesiam consecrat, quod et ille an. 1111. vel 1112. facit u). * Post an. 1144. usque ad an. 1209, Abbatia Reinhusana modo Archiepiscopis Moguntinis, modo Ducibus Brunsvicensibus paruit v). Floruit usque ad annum 1574, quo *Petrus Frecht* ultimus monachus coenobium deseruit. Bona ejus fisco principis an. 1583. tradita sunt. LEUCKF. antiqu. Bursfeld. p. 130. Liter. ined.

Lepro-

u) In Addendis ad LEUCKF. Antiq. Walkenr. p. 201 et seqq.

* Consecratio ista passim, sed male anno 1100. illigatur, quem errorem LEUKFELDIUS pridem detexit. Is Antiq. Halberstad. p. 580. optime notat, Reinhardum an. 1107. ad insulas Halberstadienses evocatum esse, et Adalbertum Moguntinum an. 1111. festo assumptionis Mariae V. anulo et baculo per imperatorem Henricum investitum. Inde sole meridiano clarissimus est, consecrationem ecclesiae Reinhusanae an. 1100. a Reinhardo non fuisse peractam. Neque diu post an. 1110. fieri potuit, quia Adalbertus an. 1112. jussi imperatoris captus, triennium custodia tentus est. CONRAD. URSPERG. p. CCLXIX, et Udo Episcopus Hildesiensis, quo vivente fundatio Reinhusana consecuta est, an. 1114. e vivis excelsit.

v) GUD. cod. dipl. T. I. p. 160. 416. Orig. Guelf. T. III. p. 505.

Leprosorium cum Sacello propter monasterium. Laus piae fundationis debetur Joanni, Ernesto et Joanni de Ustar, qui tutelam domus et dotis Senatui Göttingensi an. 1460. detulerunt. Nr. XLVII.

Diemarden Ecclesia paroch. jam an. 1032. Monasterio S. Michaelis Hildesii a fundatore donata est. LAUBNST. *Hildesii, Kirchengeschichte.* III. Th. p. 10 et seqq.

Balnhausen Ecclesia paroch. Vi juris patronatus Otto de Rusleberg an. 1386, et Arnoldus de Rusleberg an. 1423. novos parochos designant. Nr. XXXI. XXXVIII.

Stockhausen Ecclesia paroch. In charta, quod sciam, inedita an. 1191. Hubertus Episcopus Havelbergensis, vice et auctoritate Archiepiscopi Moguntini consecrat *Capellam a Ludolfo milite in Stockhusen fundatam.* Ita jungius in indice Orig. Guelf. T. V. p. 387.

Sacellum in Elkershusen. Wernerus Archiep. Mogunt. an. 1271. Joanni Abbatii Bursfeldensi copiam faciebat, illud in parochiam erigendi. Orig. Guelf. T. IV. praef. p. 15.

Deiderode Ecclesia paroch. *Adelheidis,* Ducissa Brunsvic. erat patrona, qua juri suo per Theodericum de Hardenberg an. 1280. renunciante, incolae in sacris a praeposito Horti Mariae procurati sunt w). Huic item movit Conradus de Frankenberg sacerdos, sed causa cecidit tum Nortuni, tum Moguntiae. SCHEID cod. dipl. p. 883.

Hermanrode Ecclesia paroch. An. 1305. a Godfrido de Plesse et Henrico de Cigenberg novus parochus praesentatur Lupoldo praeposito Nortunensi. Nr. XIII.

Großen-Schneen Ecclesia paroch. Binae hic videntur fuisse ecclesiae, an. enim 1290. mentio fit *inferioris ecclesiae* in majori Schneen. SCHEID von hohen und niedern Adel. p. 88. MEYER Antiq. Pless. p. 231.

Ober-

w) SCHEID. cod. dipl. &c. p. 876.

Oberjese Ecclesia paroch. annexa monasterio Weenden. SCHEID. Mant. Docum. p. 541.

Mariengarten monasterium Virginum ord. cisterc. a Dieterico Comite de Everstein in villa Weldereckhausen an. 1250, die 20. Maji conditum et eodem anno, die 31. Maji ab Archiepiscopo Mogunt. confirmatum esse scribit JOACHIM MEYER ^{x).}, quasi ipse literas fundationis viderit. *Udalricus ab Erath autem initia illius ponit ad an. 1256 y).* Non defuerunt fautores e nobilibus familiis, qui filias suas et cum iis unum alterumve mansum ibi deo consecrarent ^{z).} Annus 1542. Horto Mariae, sicut et vicinis monasterii fatalis fuit.*

Dramfeld Ecclesia paroch. S. Nicolai. Jus patro-natus Hugo et Henricus de Dramfeld parthenon Mariengarten die 2. Aug. 1259. donarunt, cui ecclesia ipsa deinde unita est.

Sieboldshausen Ecclesia paroch. Villam cum jure patronatus Fridericus de Rosdorf Petro Archiepiscopo Mogunt. an. 1315. resignat. GUD. cod. dipl. T. III. p. 129.

Bodenhausen Ecclesia paroch. pridem desolata, cujus rector Arnoldus an. 1304. occurrit. SCHEID. Mant. Docum. p. 388.

§. 9.

Sedes Dransfeld.

Dransfeld, Warmsen, Klein-Wiershausen, Jühnde, Azen-hausen, Hedeminden, Meensen, Lippoldshausen, Gimpte, Hemeln, Ober-Scheden, Nieder-Scheden, Wiershausen, Volk-marshaufen, Milenhausen, Bühren, Löwenhagen, Dankels-hausen,

^{x)} Antiq. Pleff. p. 22.

* MEYER illum erronee severum nominat. In cathedra metropolitana tum sedebat Christianus, cui an. 1251. substitutus est Gerardus.

^{y)} Conspl. Hist. Brunsvic. p. XX.

^{z)} MEYER l. c.

hausen, Imsen, Barterode, Offenfeld, Knutbüren, Lengler, Holtensen, Hetgershausen, Elliehausen, Güntersen et Ellershausen.

Dransfeld Ecclesia paroch. data monasterio *Lippoldberg* a Ruthardo Archiepiscopo Mogunt. ante an. 1093 a), postea venit ad Dynastas Ziegenbergenses, e quibus Burkardus cum Godescalco de Plese an. 1269. die 19. Decemb. parthenoni *Mariengarten* jus patronatus contulit.

Hedeminden Ecclesia paroch. In ea Hermannus jun. filius Hermanni sen. de *Ziegenberg* († 1266.) altare quoddam erexit. *Kuchenb.* *Anal. Hass.* Coll. VII. p. 186.

Hemeln Ecclesia paroch. Parochi hucusque nominati sunt ab Abate et principe corbeiensi. Locum istum Ludovicus Pius an. 834. dedit Warino Abbat. *Orig. Guelf.* T. V. p. 4.

Löwenhagen modo Ecclesia fil. confertur a perillustri Gente de Stockhaufen, sicut et

Dankelshausen Ecclesia paroch.

Barterode Ecclesia paroch. jus patronatus competit perillustribus dominis de Adelepen.

Lengler Ecclesia paroch. Patroni erant an. 1443. Decanus et Canonici Nortunenses, cum quorum consensu filia Holtensen a matre sejungebatur. *Urk. des Peters-St.* Nr. XLIX.

Elliehausen Ecclesia paroch. Confertur a perillustri Gente de Hardenberg.*

§. 10.

Sedes Moringen.

Moringen, Schnedinghausen, Berwardshausen, Berensen, Wolbrechtshausen, Gladebeck, Hardeggen, Verlingsen, Asche, Loding.

a) *LEDDERHOSE kl. Schr.* I. B. p. 203.

* Hic me historia plane deserit et cogit esse brevem.

Lodingsen, Wiebecke, Erbsen, Adelepsen, Schlarpe, Lichtenborn, Volpriehausen, Hettensen, Esebeck, Elleroode, Trögen, Uffinghausen, Espel, Nienhagen, Oldenrode, Lutterbeck, Thudingehausen, Lutterhausen et Fredelsloh.

Moringen. Ecclesia paroch. S. Martini, pervetus stum aedificium. Jus patronatus ab an. 1093. habuit monasterium Lippoldsbergense b), et an. 1534. adhuc exercuit. DOMEIER l. c. p. 108. * Numeravit olim altaria omnino octo:

1) Altare S. Nicolai memoratur in literis Bertoldi Hanses civis Moringensis an. 1380. in tabulario urbis asservatis.

2) Altare S. Stephani, 3) S. Catharinae, 4) S. Mariae Magdalena, 5) S. Margaretha, 6) S. Antonii, 7) S. Cyriaci, 8) duodecim Apostolorum. DOMEIER p. 89.

E fundatoribus commendarum noti sunt: *Tielke Hagemeister*, qui Saeculo XIV. unam constituit, et foemina *Belterbergen* votata, quae duabus commendis decem agros cum dimidio et duo prata transcripsit. DOMEIER p. 134. 135.

In coemeterio stat Sacellum *S. Blasii* sacrum. l. c. p. 89.

Eccle-

b) LEDDERH. l. c. DOMEIER *Geschichte der Stadt Moringen*. p. 96. 97.

* LETZNERUS, cui et DOMEIER *hist. urbis Moring*. p. 90. subscribit, venditax juxta templum S. Martini equites templi Hierofolymitani (Templarios) insignem domum possidisse, inter bona ejus fuisse ecclesiastis *Markoldendorf* et curiam Dentenissen in nemore Sollingano prope Lauenburg *Daffel und Einb. Chron.* p. 91. Addit in *Chronico Corbejeni*, *Emmericum de Hoppenhuizen* an. 1003. nomen dedisse ordinis. Quot et quanti errores! Ordo iste an. 1118. denum initium sumpfit et an. 1128. novem duntaxat equites numerans, in *Concilio Trecensi* vestem propriam et regulam accepit. Prima ejus possessio in Germania an. 1131. fuit Domus *Locum*, cui aliae Sedes Brunsvicensis, Hildesheimensis, Querstadensis et Halberstadiensis accessere. MÜNTER *Statutenbuch des Ordens der Tempelherren* p. 431. Conf ANTONS *Versuch einer Geschichte des Tempelordens*. Utrimque altum silentium de domo Moringensi.

Ecclesia B. M. V. filial. an. 1374. a fratribus Joanne, De-thardo et Ludovico de Rosdorff, una cum jure patronatus parthenoni Lippoldsbergensi donata est e). Cum hujus consensu illam *Bertoldus Archiep.* Mogunt. an. 1492. inter ecclesias parochiales retulit, „solam ecclesiasticam sepulturam excipientes et „signum baptisterii, que circa ecclesiam S. Martini extra muros „duntaxat volumus remanere, hoc nihilominus reservato, quod „singulis diebus dominicis in ecclesia parochiali S. Martini fiat „aque et salis consecratio et una missa ad minus, nec non „circuitus coemiterii per unum presbyterum cum custode ec- „clesie, singulis quoque septimanis, feriatis diebus ibidem due „missae, vel ad minus una celebrentur pro Christi fidelibus, „quorum corpora illic sepulta sunt et requiescent. DOMEIER p. 102.

Novae huic parochiae *Sacellum S. Crucis et S. Udalrici in Dickwelle* situm, et *Sacellum S. Georgii in Lutterbeck* ab Henrico sen. Duce Brunsvic. tributae sunt an. 1490. d), et ab eodem Archiepiscopo unitae. l. c. p. 202.

Altare S. Joannis Evangelistae peculiari commenda a Se-natu Moringensi an. 1421. ornatum. l. c. p. 103.

Juxta ecclesiam in communi vivebant plebanus et quinque Sacellani ad normam presbyterorum Hardegsianorum, quorum statuta Henricus Herjans an. 1489. adoptavit e). Sodalitas illa confirmata est a Bertoldo Archiep. Mogunt. an. 1492. die nona mensis Aprilis f). Modum cultus publici, quem presbyteri sodales sibi an. 1497. praescriperunt, vide apud DOMEIER p. 72 - 75. Annexae erant parochiae Moringensi villae

Nienhagen cum *Sacello S. Joannis*;

Ollenrode cum *Sacello S. Nicolai*;

Lutter.

e) DOMEIER p. 95.

e) l. c. p. 68.

d) l. c. p. 98.

f) l. c. p. 71.

*Lutterbeck cum Sacello S. Georgii;
Snedigehausen cum suo Sacello.*

*Hevensen Ecclesia paroch. S. Lamberti.
Ecclesiae fil. Wolbrechtshausen et Berensen.*

Hardegsen Ecclesia paroch. S. Mauritii a Margaretha, vidua Ottonis Quadi amplificata et pretiosis ornamentis donata perhibetur. WINKELMANN *Braunschwe. Regentenbaum* p. 105. Habuit altaria tria:

1) *Altare trium regum*, cui Senatus Hardegianus an. 1470. censum annum duarum marcarum, sub Sacellano Ludolfo Aindes contulit.

2) *Altare S. Martini*, cujus redditus Hermannus Altrutz, civis Hardegs., summa 40 aureorum an. 1483. auxit.

3) *Altare S. Laurentii*. Hujus et prioris Vicarius postremus fuit Joannes Rost, solus e presbyteris catholicis an. 1566. adhuc vivens. DOMEIER *Geschichte der Stadt Hardegsen*. p. 50.

Ecclesia, vel Sacellum in veteri castro, a dynasti de Roßdorf circa an. 1324. exstructo, de quo DOMEIER p. 17. sic scribit: Von den uralten Nebengebäuden sind annoch folgende vorhanden: 1) das Hagenhaus, welches zur Kirche und Provinzial-Hause gedient hat &c.

Sacellum S. Georgii ecclesiae parochiali adstructum a Duce Ottone ejusque matre Margaretha an. 1424. et confirmatum quoad dotem a Duce Wilhelmo seniore an. 1439. DOMEIER p. 48. 49.

Aliud quoque Sacellum, nescio quale, vel quo titulo Hardegsiae conferendi jus habuit praepositus Nortunensis. *Gesch. des Peters-St.* p. 44.

Etiam *Breido vel Breithardus de Ranzau* hic loci sepultus (1372. etiamnum in vivis erat) aliquod beneficium ecclesiasticum instituisse dicitur. JONAS de Elverfeld de Holstia p. 291.

Extra urbem prope leproforium Sacellum stetit, cuius patronus fuit Senatus Hardeglanuſ. DOMEIER p. 51.

Nec praetermittendum est, hic fuisse fodalitum presbyterorum a calendis difforum, quod a liberalitate viduae Ottonis Quadi derivant. WINKELMANN l. c. p. 105.

Ertigehausen Ecclesia fil. DOMEIER p. 54.

Erbſen Ecclesia paroch.

Ecclesiae fil. Loedingsen et Wibbeke.

Adeleſen Ecclesia paroch. Hic Albertus de Bernſen et ejus conjuſx Adelheidis, cum venia dominorum de Adeleſen et plebani, duo beneficia, quae primiceriae vocabantur, anno 1437. fundarunt. N. XLIII.

Schlarpe Ecclesia paroch. pridem cum ecclesia Volpriehusana conjuncta.

Elligerode Ecclesia paroch. quam Georgius Stenneberg, Lutheri feſtator an. 1528. occupavit g).

Ecclesiae fil. Hettenſen, Lichtenborn et Afſche. Lichtenborneſes proprio Sacello uſi ſunt, cuius rudera hodie reſtant. DOMEIER p. 78.

Trögen Ecclesia paroch. S. Laurentii. Jus patronatus olim fuit penes dominos de Bovenden et de Mandelsloh.

Uffinghausen Ecclesia fil.

Lutterhausen Ecclesia paroch. Anno 1307. illam rexit plebanus Ecbertus et an. 1321. plebanus Engelhardus. DOMEIER p. 80.

Tuding-

g) Die Papisten verfolgten ihn aber, aufs äuſterſte sogar, daß er im Jahr 1528. den 21. April des Nachts überfallen, arreſtirt und nach dem Bergſchloß Rusteberg geschleppt, auch alldo in den ſo genannten Pfaffen-Thurm geworfen worden, bis er endlich am 13. August d. J. auf Vorbitte der Herzogin Elisabeth von Braunschweig nach 21 Wochen wieder befreyt und in sein voriges Amt eingefetzet worden. DOMEIER l. c. p. 75.

Tudinghausen Ecclesia fil., et Blankenhagen.

Fredelsloh monasterium ord. S. Augustini cum Ecclesia S. Blasii. Somnia Letzneriana de primordio ejus explodunt literae fundatoris, Adelberti II. Archiep. Mogunt. Frideslariae die 20. Jun. an. 1137. datae, in quibus asserit, se in honorem dei et gloriose genitricis ipsius et B. Blasii martyris ecclesiam construente, spe mercedis eterne studio atque labore suo religiosos fratres de regula B. Augustini undecunque collectos in ea collocaisse et in perpetuum divino obsequio mancipasse h). Idem Archiepiscopus ante biennium an. 1135. 3. Jan. tres mansos fratribus in Fredeslo degentibus confirmarat i); unde palam fit, amplius tres annos fabricae monasterii esse insumptos. Haud diu post fundationem etiam moniales ejusdem regulae ibi domicilium sibi constituerunt, testante Arnoldo Archiep. Mogunt. . . . Per virgines quoque et viduas, ut eterno sposo possent copulari, voluntarie se includentes, magnum et religiosum ibidem coadunatum est in domino sororum collegium k). Huic soli permisum est coenobium saeculo proximo sub Priorissa et Praeposito, fratribus alio commigrantibus l). Agmen Priorissarum clausit Hilleburgis de Reuden ab an. 1551-1584, mortua anno aetatis quarto supra centesimum. DOMEIER l. c. p. 181.

Sacellum S. Antonii in monasterii curia Edelershufen. De illo lis orta est inter parthenonem Fredelsloh et inter conventum*

h) *Götting. Gesch. fortges. Betracht.* p. 100. DOMEIER *Gesch. der Stadt Moringen.* p. 175.

i) SCHEID *cod. diplom.* p. 694.

k) *Fortges. Betracht.* p. 110.

l) SCHEID *vom hohen und niedern Adel.* p. 118. *Mant. docum.* p. 309.

* Fallitur DOMEIER p. 188. scribens: Schliefslich ist noch zu bemerken, dass ehemal nahe bey Fredelsloh im Walde ein Mönchskloster vom Orden des heil. Anthonius gelegen,

ventum *Grünenberg* * propterea, quod illa per se et suos nuncios animalia quadrupedia et eleemosynas cum nolis incendendo, sub titulo beati Antonii, in praejudicium et dñnum Praeceptoris ordinis et domus in Grünenberg petivissent. Decisio litis delata est Ernesto Duci Brunsicensi an. 1349. die 30. Jun. SCHEID cod. dipl. Vorrede p. XXXVII. et seqq.

Ecclesiae desolatae.

Barthufana sita inter Luttershausen et Hevensen;

Freudewaldensis vel *Freienwald* prope Hettensen;

Volkfeldensis juxta Ertigehausen. DOMEIER *Geschichte der Stadt Hardegsen*. p. 85. 86.

§. II.

Sedes Oelsheim.

Oelsheim, Bursfeld, Fürstenhagen, Offensen, Verliehausen, Alberhausen, Walshausen, Heisebeck, Arenborn, Schöningen, Wiensen, Lippoldsberg, Bodenfeld, Wahnbeck, Wiergissen, Lauenforde, Meinbrexen, Bofzen, Fürstenberg, Detenthal, Schönhagen, Cammerborn, Solingen, Vahle, Dinkelshausen, Allershausen, Eschershausen, Bollensen, Gierswalde, Ustar.

Oelsheim *Othelsheim* dicitur Ecclesia matrix sub Sigefrido Archiepiscopo Mogunt. († 1084.) ad quam, quando Synodus habebatur, iocolae villarum Arthelesemensis, Budineveldensis, Gotmarsensis, Bennenhensis et Badenhensis venire debabant. *Chron. Lippoldsb.* LEDDERHOSE *kleine Schriften*. N. III. p. 200.

Burs-

* Conf. C. FR. AYRMANN apud Kuchenb. coll. IV. p. 390-411. Von dem Antoniter-Hause zu Grünenberg.

*Bursfeld monasterium O. S. B. cum ecclesia SS. Thomae et Nicolai confirmatum est Heiligenstadii an. 1093. die 15. Jul. a Ruthardo Archiepiscopo Mogunt., qui fundatores nominat comitem *Henricum*, filium Ottonis ducis et ejus conjugem *Gertrudem*, filiam Eckberti Marchionis m). Innovavit an. 1144. confirmationem Henricus Archiep. Mogunt. n). Saeculo XV. celeberrimum fecit nomen hujus monasterii per totam germaniam *unio seu Reformatio Bursfeldensis*, cuius originem et progressum LEUCKFELD descriptit o). Ab ista veteri reformatione ad novam a Ducissa Brunsvic. Elisabetha praescriptam, transit an. 1542. Abbas Joannes Rappe, cui duo Abbates catholici successerunt, post quos ante an. 1588. regula S. Benedicti cum religione catholica cessavit. LEUCKF. l. c. p. 27.*

Heisebeck. Decimam in Hasbige Rutardus Archiep. Mogunt. parthenoni (ante an. 1093.) assignat. Chron. Lippoldis. Nr. X.

Schöningen Ecclesia paroch. jure patronatus per illius Gens de Hattorf usq; est.

Lippoldisberg. Sacellum ligneum S. Chrisogono dicatum *Lupoldus* Archiep. Mogunt.* a quo locus nomen habet, hic aedificavit, pro quo Sigefridus I. ejus Successor lapideum in honorem S. Georgii exstruxit ac decimis aliisque bonis auxit. Lippoldsberg tum erat feudum Comitis Henrici, filii Ottonis ducis, qui illud Ruthardo Archiepiscopo reddidit, ut parthenonem O.S.B ibi institueret, quem et ante an. 1093. condidit p). De hoc monasterio controversia nata est Saeculo XV. inter Ericum Ducem Brunsvicensem et Philippum Hassiae Landgravium

m) LEUCKF. *Antiq. Bursfeld.* p. 6.

n) *Orig Guelf.* T. IV. praeft. p. 81.

o) LEUCKF. l. c. p. 31 - 192.

* Praefuit Ecclesiae Mogunt. ab an. 1051 - 1059. Conf. *Geschichte des Peters-St. zu Nörten.* p. 23.

p) *Chronicon coenobii Lippoldsbergensis ex codice MSS. Saeculi XII. nunc primum editum.* LEDDERHOSE *kleine Schriften.* L. B. p. 195 - 226.

vium an. 1538. die 11. Martii sic composita, ut illud Philippo cederet, (qui promisit, se moniales non exturbaturum,) cessante autem vita monastica, uterque princeps bona ejusdem in ditione sua sita capesseret. MEYER orig. PLEß. p. 73.

Bodenfeld. Incolae Synodus in Lippoldsberg adire a Sigefrido I. Archiep. Mogunt. jubentur. Chron. Lippoldsb. Nr. III.

Uslar Ecclesia paroch. Extra altare primarium memoratur Altare S. Andree.

Sacellum in Castro Uslariensi tribus instructum altaribus. Otto Dux Brunsvic. ut Arch. Mogunt. ruinosum altare B. M. V. ad dextrum latus summi altaris tolli permitteret, ac vicariam ei adhaerentem ad Altare S. Crucis, hujus autem Vicariam ad Altare S. Andree in ecclesia parochiali transferret, optavit; quod etiam an. 1462. die 10. Decemb. Heyso Krauwel, Commissarius Archiepiscopi executus est. SCHEID cod. dipl. praef. p. CVI.

Cum parochia Uslariensi conjuncti sunt pagi sequentes: Solingen, Eschershausen, Vahle, Dinkelhausen, Allershausen et Wiesen.

In via, quae in pagum Wiesen dicit, stat *Sacellum* an. 1376. excitatum, quod in literis Papae Bonifacii IX. *capella beate Virginis Marie* vocatur. BÜSCHING Magazin für die Hist. und Geogr. VII. p. 555.

E M E N D A N D A.

- p. 7. lin. 11. lege octo pro septem.
 - p. 10. lin. 13. lege dubitationem pro debitatem.
 - p. 15. lin. 11. lege an. 1128 pro 1328
 - p. 16. lin. 15. lege Rodenstein pro Rosenstein.
 - p. 19. lin. 17. lege admissionem pro admisionem,
 - p. 45. lin. 6. lege 1240 pro 1140.
-

D I P L O M A T A.

I.

*Adelbertus Archiep. Mogunt. Eberhardum Abbatem Steinensem
inaugurat 1120.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit omnibus tam futuri temporis quam presentis fidelibus, quod ego *Adelbertus* sancte Moguntiacensis Ecclesie Dei gratia Archiepiscopus dignitatis vero Romane legatus locum in Saxonia, qui Stein dicitur sancte Dei genitricis Marie nomine consecratum et ab antecessore meo Domino *Rothardo* antistite monastico scemate initiatum divine retributionis intuitu non tantum id ipsum perpetualiter fore promisi quin etiam fratri *Eberhardo* cui ipse commiserat, firmatis omnibus loci appenditiis cum consilio Episcoporum Reinhardi Halverstadensis, Theodorici Zicensis, Bartoldi Hildesheimensis, aliorumque fidelium meorum disponendum comisi, verum quia nimia locum paupertas angustat, non longo post tempore tam presatis Episcopis quam mihi aliasque multis fidelibus hanc ita posse potissimum levigari, si locus nomen dignitatis habeat, justum est *); et ita ductum mecum Moguntiam predictum fratrem secunda feria post diem sancte pasche in statione ad sanctum Petrum, cum consilio et auxilio fratris mei domini Brunonis Spirensis Episcopi Abbatumque sancti Volperi, sancti Jacob, Werenaldi et Salegenstadensis Beringeri ac prepositorum sancti Martini Dudonis, sancte Marie Anselmi, sancti Petri Almari, Stephani Richardi, sancti victoris Henrici, sancti Mauritii Hermanni, totiusque conventus, orationibus *manu sua* *Abbatem* *consecravi* sieque locum Stein ad honorem Dei et ejus pium genitricis Marie dignitate ac nomine *Abbatie* initiavi sublimavi et perpetuavi, mercedem pro hoc poscens a domino ejusdem glorioissime precibus non solum peccatorum

* Forte legendum; visum est.

torum meorum remissionem sed cum beatis omnibus eterne vite sperans communionem, hoc privilegium quod pro statu ecclesie et anime nostre redemptione sanximus, ne quisquam presumat violare ex autoritate beati Petri Apostoli omniumque sanctorum banno nostro confirmavimus, et ut firmum inconclusumque omni tempore permaneat sigilli nostri impressione signavimus. Testes horum sunt Bruno, Reinhardt, Bartolff Thidericus Episcopi, Volpracht Werenbaldus, Beringerus Abbes, Dudo Richard, Asmar, Anselmus, Hinric Thurebrach Hardthmann Richard prepositi, Zeihzolff, Conno presbyteri, Gotswin Olderic, Gerlach Hinric dudo Vulfric Eimbroco Wernheri laici, aliquique notatum francum sexus utriusque plurimi. Datum dominice incarnationis anno MCXX. indit 13 Papa Calixto II. a Domino Adelberto Episcopo Moguntino regnante domino nostro Jesu Christo cui honor et gloria cuin patre et spiritu sancto in omnia seculorum secula amen.

II.

Albertus Archiep. Mogunt. componit litem Monasterio Steine de prædio quodam in Lengede illatam 1123.

In nomine sancte et individue trinitatis, ego Adelbertus dei gratia Moguntinus Archiepiscopus et apostolice sedis legatus, notum facio omnibus tam posteris quam presentibus, qualiter Hawerdus quidam de ministerialibus sancti Martini premium suum quod in villa lengeda habuit, cum omnigena utilitate sancte Dei genitrici in Steina tradidit ad usus fratrum sub monastica vita Deo ibidem famulantium factum est hoc in presentia venerabilis predecessoris nostri Routardi Archiepiscopi cuius et privilegio firmatum fuit, quod postea nostris diebus uxor illius et filius cum ea, sub eius mundiburdio erant, voluerunt iustingere judicio et patria lege volentes comprobare omnino irritam esse debere traditionem que de eorum hereditate ipsis ignorantibus facta foret, cumque privilegii autoritate eis resistieremus et quod inconcussa ad nostra usque tempora Ecclesie possessio perdurasset, objiceremus ab illis qui interfuerunt nostro assensu com-

compositum est quod mater et filius omne allodium quod habuerunt
in Bainrodt cum universa ejus utilitate et insuper dimidium mansum
in lengeta qui quinque solidos annuatim persolvere possit, libera et
perpetua traditione donaverunt et ipsi de cetero sine inquietatione et
omni proclamatione reliquam hereditatem possederunt, siveque presata
Ecclesia istud quod determinatum est suis usibus mancipavit. Nos
autem ut *omnibus eis*^{*)} in convulsuum permaneat auctoritate beati Petri
et nostra sub perpetuo anathemate precipimus et sigilli nostri im-
pressione signantes roboramus. Hujus rei testes sunt episcopi Bruno
spirenſis Bucko wormacensis Henricus Prepositus, capellani Godes-
calcus Didericus, beneficiati Archiepiscopi Conradus de Eberstein
Dudo de Einmenhusen Conradus filius Hermanni comitis, minist-
riales Crafft advocatus, Conradus Arnoldus et filius ejus Hugo
Theodericus Hawerdus Masso et frater ejus Theodoricus Honterus
sigiboto et plures alii. Actum est hoc anno dominice incarnationis
MCXXIII. indictione XIII. imperante Hinrico hujus nominis quinto
datum in *Rufleberge* 4 idus Julii per manum Hinrici notarii piu-
guensis Prepositi.

III.

*Indices Nortunenses denunciant Spoliatores et incendiarios Monasteriorum
Nordheimensis esse excommunicatos (ante an. 1170.)*

Indices Northunenses universis ad quos presens litera pervenerit,
salutem in domino. Auctoritate presentium protestamur, quod malos
forenses, qui ecclesiam Northeymensem spoliis et incendiis molesta-
runt et cemiterium sanguine polluerunt, pro excommunicatione,
quam meruerunt, per preposituram Northunensem auctoritate Pre-
positi Northunensis secundus denunciari excommunicatos. Ut vero
huic facto fides adhibeatur, presentem literam nostro sigillo robo-
ravimus.

IV.

^{*)} Verosimiliter: omne jus ejus.

IV.

*Siffridus Archiep. Mogunt. Abbatii Nordheimensi usum Insulae con-
cedit 1239.*

Siffridus dei gratia S. Moguntine sedis Archiepiscopus sacri imperii per germaniam Archicancellarius dilecto in christo filio Everhardo Abbatii monasterii S. Blasii in Northeym ac omnibus ejus successoribus in perpetuum. Universis quibus honestas ecclesie decorari ac prelatorum nostre solicitudini subiectorum tristari potest honor, divino nobis favente consilio semper intendere cupientes ac benignius inclinare eorum precibus, qui nos sedulis suis obsequiis amplectuantur, ad porrectas nobis preces tuas et amicorum tuorum fidelium nostrorum tibi et successoribus tuis in perpetuum duximus concedendum, ut secundum morem et consuetudinem Abbatum provincie nostre insulic monitorum utantur insulis ad honorem dei et monasterii vestri decoris augmentum. Nam in decore domus domini dominus delectatur. Datum Mogunitie Kal. Julii anno dominice incarnationis MCCXXXIX. pontificatus nostri anno nono.

V.

Abbatii Steinensi usus insulae permittitur 1243.

Siffridus dei gratia sancte Moguntine sedis Archiepiscopus sacri imperii per germaniam Archicancellarius dilecto in Christo Luthero Abbatii ecclesi in Stene Moguntine dioecesis salutem in domino. Eos digne prosequimur speciali gratia et honore, in quibus circa nos et maioris devotionis et fidei argumenta jugiter experimur, tue igitur devotionis inducli merito tibi tuisque successoribus in perpetuum indulgemus ut ad honorem dei et ecclesie vestre decoris augmentum, usum insule habeatis tali gaudentes insignio pariter et utentes, sicut et consueverunt uti Coabbates vestri Mogunt. dioecesis similis honoris gratiam habentes. Ne igitur super hac speciali gratia vobis et Ecclesie vestre indulta in posterum dubitationis scrupulus alicujus valeat suboriri, has nostras presentes literas sigilli nostri mun-

munimine roboratas damus vobis in testimonium super ea. Datum
Fritzlarie anno dominice incarnationis 1243. 4. idus Januarii pon-
tificatus nostri 14.

VI.

*Mansus unus in Angerstein in iudicio Nortunensi adjudicatur mo-
nasterio Steine 1262.*

*Judex ordinarius capituli Northunen. Omnis hanc literam
inspecturis salutem in auctore salutis. Insinuacione presentium pro-
testamur, quod d— in Christo domino Everardo de Wintede pre-
posito presidente iudicio in choro Northunensi Gernbrandus, Wernerus
et Heidenticus famuli pro quodam manso in Angerstein sito qui
fuerat Brunonis, quem venerabilis Pater et Dominus Gerardus Archie-
piscopus Moguntinensis Ecclesie in Stene libere contulit, eandem
Ecclesiam sepius impeterent affirmantes sibi minus juste eundem
mansum hereditario jure attinere, predicta Ecclesia per sententias
capituli rite inventas prefato iudice Joanne de Sinenesse, Joanne de
Eddingehusen facerdotibus et Philippo de Suthe attestantibus memo-
ratum mansum obtinuit predictis famulis omni modo abjudicatum,
quod ipsis bonis his similibus carente Warandiam facere nullatenus
potuerunt. Cum autem ipsis coram nobis in capitulo querelam suam pro
eodem manso ulterius contra Ecclesiam renovarent, per predictorum
Vitorum testimonium iterato fuerunt ipsis eadem bona consentiente
capitulo abjudicata. Ne igitur super hoc facto alicui in posterum
generetur ambiguum presenti litera sigilli nostri impressione roborata
predictam ecclesiam communius. Testes sunt Everhardus de
Wende prepositus Conradus Decanus Northunensis, qui predictis famulis
conquerentibus iudicio presiderunt, Johannes de Sunenesse, Tidericus
de Besingen Canonici Northunenses; Sibodo plebanus ibidem Joh.
de Eddingehusen Volquinus de Hildensheim, Conradus de Lindawae
Crachto de Billingehusen plebani. Mgr. Johannes de Gottingen, Jo-
hannes Lupus Sacerdotes, item Heidenticus miles de Lengede, Phi-
lippus de Suthe, Hermannus Hugonis Con. de Goslaria Hinricus de
June, Johannes de Lengeler Siffridus civis in Northun, Conradus
de*

de Wakene et alii quam plures Clerici et Laici. Acta sunt hec Anno
Dominii MCCLXII. XVI. Kal. Julii.

VII.

*Zeugniß des Herzogs Albrecht von Braunschweig über verschiedene
Güter des Michaels-Klosters zu Hildesheim 1264.*

Von Gottes Gnaden wy Albrecht Hertog to Brunschwig be-
kennen openbahr in düßen unsra open Breve vor uns unsre Erben
und alle den, die öhn sehen edder höreu lesen, dat wy umb Gottes
und Bede willen des geistlichen Vaders und unsers leven andäch-
tigen Herrn Ernste Abbt des cloesters tho Sünte Michaels binnen Hil-
desheim von Sünte Benedictus orden, don ein Urkunde und Be-
tüchnüsse in und mit Kraft düsses Breves von ichtes welken na
beschrevan öhren güderen, die öhne de hillige unsre leue Vader und
Here Sünte Berwardt heft gegeven und in ränlichen Besittunge,
Bruckende were geben, alse bi nahmen to Schreckhusen twe foldische
Hoven Landes und dat cloester to Reinhausen ock eiae foldische
Hoven Landes, der ein jeglich heißt in Morgenthal sellig Morgen
und dat vorwerk mit aller thobehörunge altemahle alse dat up der
Feldmarke de darselvest ligt, nichts utbescheiden, so dat alle to
densülvem vorwarke höret, alse alle wischen mit dem Brocke uud
an Holte de Schreckhusen Berg und Vogelberg mit dem Huisthal
tho Langwerdeshusen, eine Hove Landes tho Evergötzen, twe Hove
Landes tho Krebecke, dre Hove Landes mit allen öhren Thobehö-
rungen und Gerechtigkeiten, dat ganze Dorp tho Reinolveshusen, dat
Kercklein und den Tegen mit der ganzen Feldmark und Holtunge,
wischen und weisen, water und weide mit aller Thobehorunge und
Rechtigkeiten nichts utbenomen, tho Dorste elven Hove Landes mit
dre Meyerhöven und elven Kotworden und eine Möhlen mit der
Fischery von der schlagemühlen an wente an den Beck tho Rück-
mershusen, und dat Dorster Holt von den Rothen (Rhetem an)
wente an dat Rosendael mit dem ganzen Heigerthal und ock dat
temkenthal mit der teneken Breite, sind ock öhr halff mit allen
öhren Rechtigkeiten und Thobehörunge, tho österrode weir Hove
Landes

Landes mit einem Meyerhove und ock to Honstedt anderthalb Hove Landes mit einer warte. Düsse vorgeschreven güder mit aller öhren Thobehörungen und Rechticheiten, wie sie belegen in velden, in holtzen, in wischen und wiesen in water in weiden und wie man sie benennen mag, icht wyjenige rechticheit darinne hebzen mögten, effe hetten an Egendom, an Denste, an Gerichte, edder an ander unpflichte, willen wy noch en schullen unsere erven effe jemands von unser wegen nimmermehr dorub soken und dom des eine gantze ewige vorticht vor uns, uns Erven und allen denjenigen, die da meinden edder dechten in thokommenden Tiden von unser und unsrer Erven wegen rechticheit daran tho beredende effe tho hebbende und nehmende upgenannten geistlichen Vaders und Herrn mit ohren undersaten und ock obre Güdere in unsere Beschirmunge und vordedinge, up dat sie unsern leven Herrn Gott und den hilgen unsler leuen Herrn sünste Berwarde vor uns und unsren truweliken bidden in öhren innigen Bedde. Düt alle iis geschehen in Beywefende unde Fulborde unser Herschup unde Manschup alse des Hechgebohrnen Graven Otten von Everstein, Gunzel und Aschwin Broder von Wenthusen von Meiueren Cordt von Dorstadt Hermann von Oldershausen und Ludolff von Weynthen. Dussen allen to mehrer befestinge ohrkunde und bekentnüsse hebbe wy uns Ingeseigl witlichen, an dussen Bress laten hengen. Und iis geschehen na Christi gebobrt unsers Herrn do men schress dusende unde twe hundert Jahr, darnach in dem veer und seßligesten Jahr im Dage sünste Martens des hilgen Bischoffes.

VIII.

Gerardus Pistor quatuor jugera consert hospitali Osterodano 1270.

Nos Albertus divina misericordia parochianus Sancte Marie provisor hospitalis ibidem universis presens scriptum inspecturis cupimus esse notum. Quod *Gerhardus pistor nostrarum Kalendarum devotus confrater* pio motus affectu quatuor comparavit jugera sita in loco dicto Sutholte a Domino Henrico de Overvelde suis heredibus consentientibus, ipsosque agros ob revergetiam Domini omnipotentis et beate virginis Marie in suorum remedium peccatorum contulit

b

hospi-

hospitali perpetuo possidenda, eatenus siquid emolumenti a dictis agris proveniat annuatim, inde pauperum dicti hospitalis quedam exequialia videlicet fereretur cum suo velamine et cereis eidem continentibus comparentur, aliis quoque ejusdem parochie pauperibus et mendicis cum tempore exigitur porrigitur dicti agri pro V fertonibus et emebantur,*) Ne vero aliquis nostrorum putet successorum — — agros suis usibus desilire et ut hoc opus evidentissimum pietatis inconvulsum perpetuo perseveret, sub fratrum hospitalis Kalendarum ejusdem sigillo presens conscribi fecimus testimonio litteratum. Actum anno gratie MCCLXX, idus Junii.

IX.

Plebanus in Novali majore (Großen Rode) mansum unum in Holt husen permutat coenobio Amelungsborn 1276.

Johannes judex Northunensis omnibus hoc scriptum visuris salutem in omnium salvatore. Notum facimus universis, quod *Ber tranius plebanus de majore novali mansum unum situm in Holt husen ad luminaria ecclesie sue servientem a Bernhardo cive in Holthusen juxta Snetingehusen, comparavit, quem scilicet mansum reliquit ecclesie beate Marie Virginis in *Amelungsborne cysterciensis* ordinis Hildenseimensis dyocesis, cum consensu patronorum titulo permutationis ita quod ecclesia in Amelungsborne mansum unum ex diversis agris in campo ville novalis viciniis collegit et in restaurum propter commodum utriusque ecclesie in novali permutationis titulo assignavit, cuius mansi collecti decimam ecclesia in Amelungsborne sibi reservavit cum decima majore. Ne igitur quis posset credere, quod decima hujus mansi collecti transiret cum manso hanc literam ad recognitionem hujus permutationis deditus ad utilitatem partium communitantium et ad eorum petitionem sigilli nostri, ac sigilli Northunensis ecclesie ac Domini Theoderici de Hardenberge muniminiibus roboratam. Testes hujus rei Conradus Decanus Northunensis, Hildebertus Scholasticus, Johannes viceprepositus, Theodericus de Besinge*

*) Mendoza descriptum.

Besinge Canonici Northunenses, Hartmannus Magister; in Suetingenhusen, Bodo opilio et alii quam plures. Datum Northunis anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto id. Octobris.

X.*

Wernherus Archiep. Mogunt. Capellam in Wirkeshusen liberam a matrice pronuntiat 1277.

Wernherus dei gratia sancte Moguntine sedis Archiepiscopus facti imperii per germaniam Archicancellarius dilecto in Christo Theoderico Capellano de Wirkeshusen Moguntine Dioecesis salutem in domino. Oblata nobis tua petitio continebat, quod militares quidam de Wirkeshusen Capellam ibidem fitam olim in fundo proprio pietatis intuitu propriis sumptibus construxerunt, eamque de suis bonis datorverunt adeo competenter, quod rector ipsius, qui pro tempore fuerit de preventibus ejusdem capelle sustentationem congruam habere poterit et honestam, ita etiam quod matrici ecclesie, a qua haec tenus habita est pro libera et exempla nullum exinde prejudicium generetur, cujuscunque etiam alterius jure salvo presertim cum omnium, quorum intererat, consensus accesserit super eo. Propter quod petivisti a nobis ut factum hujusmodi confirmare de benignitate solita curaremus. Nos igitur tuis devotis supplicationibus inclinati, quod provide in hac parte factum existit et in alicujus prejudicium non redundat, auctoritate presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Datum apud Aschaffenburg anno Domini MCCLXXVII. II. idus Junii.

XI.

Praepofitus et conventus monialium in Osterode vendunt senatum unum fertonem annum 1289.

Nos divina miseratione B. prepositus Cr. Abbatissa G. priorissa totusque conventus ecclesie S. Marie sanctique Jacobi in Osterode in his scriptis publice recognoscimus, quod bona deliberatione prehabita et unanimi nostre congregacionis consensu vendidimus discretis viris

confulibus civitatis supra dictę pro quatuor marcis fertone minus
examinati argenti unum fertonem annuatim in redditibus puri argenti
ab area quae antiquitus domus fuerat Lup. pie memorie Kepere
cognominasti cum pensione annuali a nobis non recepta et multis
annis pretermissa, quibus predicta area inhabitabilis fuerat et deserta
cum omni etiam jure quo ad nostram ecclesiam census prenomina-
tus fuerat devolutus. *Hanc enim sumam induci et rigore ecclesiastico*
compulsi ad procuratorem domini nostri Moguntini tenebamur expedire.
Ne ergo nostram venditionem in posterum aliquis successor immutare
valeat seu presumat sepedictis viris presentem litteram deditus ad
cautelam appensione sigillorum nostrorum firmiter roboratam. Hujus
rei testes sunt honesti Viri Anshelmus de Uslaris major Hugo He-
riberti, Johannes Advocatus Befeco et Th. fratres dicti de poelde
Johannes Hartmann Anshelmus junior et alii quam plures fide digni.
Datum anno Domini MCCLXXXVIII. XV. Kal. Januarii.

XII.

*Gerardus Archiep. Mogunt. facultatem dat Abbatii Steinensi susci-
piendi pueros literis imbuendos 1293.*

Gerhardus dei gratia Sancte Moguntine sedis Archiep. Sacri
imperii per germaniam Archicancellarius dilectis in Christo *Abbatii*
et Conventui monasterii beate Virginis Marie in Steine ordinis Sancti
Benedicti Moguntine Dioecesis salutem in Domino. Ut pueros Scho-
lares literarum studiis imbuendos, nec non pro cultu divini officii
adaugendo ad ecclesiastis vestras recipere licite valeatis vobis indulge-
mus presentibus ex gratia speciali concedentes vobis has nostras
literas in testimonium super eo sigilli nostri appensione munitas.
Datum Homburgk XV. Kal. Julii anno Domini 1293.

XIII.

*Praeposito Nortunensi praesentatur clericus parochia in Hermann-
rode investiendus 1305.*

Honorabili Viro Domino Lippoldo Preposito ecclesie Northunensis
Godfridus de Plesse et Heynricus de Ceginberg nobiles expositam in
omni

omni honore et obsequio voluntatem. Reverencie vestre Ludewi-
cum clericum exhibitem presencium transmittimus, cui *ecclesiam in
Hermanrode, que nobis ex resignatione Domini Frederici sacerdotis va-
tabat, contulimus suppliciter exorantes quatenus eidem curam anima-
rum conferatis et eundem dono altaris ejusdem ecclesie dignemini
investire. Datum et actum anno domini MCCC. quinti in die vin-
centii martyris.*

XIV.

*Litteras reversales Henrici Cufonis parochi in Nordheim datae Ab-
bati et Conventui S. Blasii 1309.*

Ego Henricus dictus Cuso Sacerdos presentibus recognosco,
quod de bonis, redditibus proventibus et obventionibus quibuscum-
que ecclesie parochialis in Northeim ad quam respiciendam et regen-
dam per honorabiles viros, Dominos meos, Dominum Hermannum
Abbatem et conventum Monasterii sancti Blasii ibidem, sum in Ca-
pellanum et perpetuum vicarium presentatus, singulis annis dare debeo
decem marcas puri argenti modis et terminis infra scriptis videlicet,
Domino Abbatи dicto in festo Pasche ad caritatem dimidiam marcam;
Philippi Jacobi unam ad caritatem marcam. In festo Pentecostes
dimidiam marcam. Bonifacii unam marcam. In festo Assumptionis
Beate Virginis unam marcam Domino Abbatи, ad caritatem dimidiam
marcam, Michaelis Domino Abbatи duas marcas. In Nativitate
Christi Domino Abbatи unam marcam et ad caritatem dimidiam
marcam. Jura Episcopalia, Archidiaconalia et contributiones quas-
cunque, dictam parochiam contingentes, prefato Domino Abbatи
persolvam, per ipsum ubi et cui expendende fuerint, presentandas.
Debeo etiam Ecclesie Moguntine duo talents cere sub Expensis meis
annis singulis in festo sancti Martini precise nomine dicti Abbatis
persolvere, ita quod ipsi et suo conventui super solutione hujus-
modi quitationis litera rescribatur. Preterea debeo processionibus
precipuorum sestorum personaliter in Matrice scilicet Ecclesia sancti
Blasii, cum ab ipso Domino Abbate requisitus fuero, interesse. Ad
hoc idem faciendum ipsum populum parochiale fideliter infor-
mando,

mando, eundem populum tam in confessione quam in predicatione tam per me quam per alios, quantum et quoconque potero, exhortari debo, ut predictae Monasterii Ecclesiae debitum honorem et reverentiam exhibeant, nec non debitis, damnis et injuriis quibuscunque Domino Abbatи et Conventui satisfaciant pro suarum remedio animarum. Insuper nullas omnino literas per me seu per alium impetrare seu procurare debo, quibus Domino Abbatи et Conventui predictis intuitu prestatе parochie posset aliquod damnum, scandalum seu prejudicium generari. Super premissis omnibus et singulis, sine omni dolo et fraude fideliter observandis, Domino Abbatи et Conventui antedictis tres fidejussores constitui, quorum quis decesserit, in illius locum alium equivalentem infra mensem a die, quo super eo requisitus fuero, proximum subrogabo. Ad hoc et ad omnia alia et singula premissa fideliter et integraliter observanda, me fide mea Domino Abbatи, suo et Conventus sui nomine, fide data obligo in his scriptis. Testes hujus rei sunt discreti viri: Magister Joannes de Lodingessen plebanus in Heuenhusen, et Helmoldus plebanus Ecclesie Sancti Spiritus in Göttingen, et plures alii fide digni. Datum sub sigillo meo Anno Domini Millesimo trecentesimo nono. In die Sancti Petri ad Cathedram,

XV.

Petrus Archiep. Mogunt. numerum religiosorum in monasterio Nordheimensi ad 24. restringit 1312.

Petrus dei gratia S. Moguntine sedis Archiepiscopus S. Romani imperii per Germaniam Archiconcellarius dilectis sibi in Christo Abbatи et conventui monasterii in Northeym ord. S. Benedicti dioeces. Moguntine salutem in domino. Considerantes, quod in monasteriis plures non sunt ponende vel assumende persone, quam quot in ipsis de corundem redditibus possunt commode sustentari, in vestro itaque monasterio predicto certum numerum videl. usque viginti quatuor personas statuendum duximus et stabilimus per presentes inhibentes vobis sub pena suspensionis in ecclesiam vestram et in vos trium dierum monitione premissa firmamus in his scriptis, si huic nostre inhibi-

inhibitioni presuferitis contrarie, ut predicto personarum numero, cum ad ipsum per ventum, nullum ultra istum numerum in vestro monasterio recipiatis, nisi per mortem unius de vestris prebenda aliqua vobis vacet. In cuius rei perpetuam firmatatem hoc presens scriptum vobis destinamus in ipso vestro monasterio sub penis predictis perpetue in predictorum memoriam obtinendum. Datum in Ameneburch Anno Domini MCCCCXII. XIII. Kal. Octobris.

XVI.

*Patres Franciscani Göttingenses aream cum domicilio sibi acquirunt
Northuni 1313.*

Nos Fratres minores domus Göttingensis tenore presencium recognoscimus et publice protestamur, quod nos de consensu et beneplacito reverendi ac strenui militis domini Hildebrandi officialis venerabilis Patris ac domini Moguntinenis Archiepiscopi quandam aream cum ejus domicilio in villa Nortenem pro marcis duabus minus uno lotone comparavimus hac de causa, quod fratres de via venientes ibidem quietem corporis habeant et commodum prout interesse et expediens fuerit, consequantur quam quidem aream pro claustrō ibi construendo non iudicimus ampliare, nec in aliqua parte prefatae ville locum aliquem seu aream ad talem usum proponimus comparare adjacentes quoque premissis, quodsi in posterum prætextato domino Archiepiscopo scilicet, seu ejus officiali pro tempore existenti emptio hujus — displiceret, renunciabimus emptioni predictae aree pecunia quam pro ipsa exposuimus et expensis et edificationis domicilii circiter duas marcas factis nobis integraliter restitutis. Datum Anno domini MCCCCXIII. VII. Kal. Augusti.

XVII.

Geringus de Grone obligat se ad tres Fertones singulis annis per solvendis de decima in Altengrone 1313.

Nos Al. officialis prepositure Northunensis presentibus recognoscimus, quod Geringus de Grone dictus crispus, Mechtildis uxor sua legi-

legitima et eorum heredes se firmiter obligarunt, quod de decima in villa et campis Alten Grona dicta *Rottegede* honorabilibus viris D. Decano totique capitulo *ecclie Heiligenft.* in die S. Martini tres fertones puri argenti precise annis singulis nomine pensionis expedient et persolvant. Sub sigillo prepositure Northunensis datum Göttingen anno domini millesimo trecentesimo decimo tertio in crastino beati Nicolai.

XVIII.

Helwicus et Albertus fratres de Bodenhausen medietatem advocatiae in Reinhausen oppignorant Brunoni de Bodenhausen 1313.

Nos *Helwicus et Albertus famuli fratres dicti de Bodenhusen* recognoscimus publice in his scriptis, quod de bona voluntate et consensu omnium heredum nostrorum, quorum consensus de infra scriptis fuerat requirendus. Brunoni de Bodenhusen suisque veris heredibus *medietatem advocacie in Reynehusen eo jure,* quo nostri predecessores hucusque eam possederunt, quo quinquaginta marcia puri argenti taliter obligavimus, quod infra quatuor annos eam nostris propriis denariis redimere possumus pro pecunia prenotata, sive autem non possemus, ex tunc quidquid sex vel quatuor amicorum nostrorum parte ex utraque nos jubent facere, hoc omni dilatatione postposita faciemus, videlicet quod tunc justa emptio dicatur et nos coram domino nostro pheodi super eadem *advocacia veram* desistenciam faciemus, quod *en verticht vulgariter appellatur.* Acta sunt hec Domino Helwico decano dicto de Bodenhuf. Domino Henrico de Stafforde milite Detmaro et Hermanno de Stockhusen presentibus ad hoc vocatis in testimonium et rogatis. Nos vero *Hermannus dei gratia Abbas in Reynehusen* et Arnoldus de Rusleberch ad petitiones predictorum fratum in testimonium omnium premissorum nostra sigilla apposiuimus huic scripto. In hujus rei evidenciam Ego *Helwicus prenominatus meo sigillo una cum sigillis Domini Abbatis de Reynehusen et Arnoldi de Rusleberch predictorum presens scriptum duxi firmiter communiuit, quo ego Albertus prenominatus sigillo carens ad presencia sum contentus.* Darum
anno

anno domini MCCCCXIII. feria secunda proxima post dominicam,
qua cantatur gaudete in domino semper.

XIX.

*Hildebrandus, Bernardus &c. de Hardenberg curiam cum oculo
mansis et dimidio in villa Rosdorff vendunt ordini teutonico 1319.*

Nos Hildebrandus miles, Bernhardus Frater noster, Johannes miles et Bernhardus fratres patrui nostri, nec non Henricus filius noster dicti de Hardenberg recognoscimus publice, quod in literis scriptis et ad omnium notitiam tam presentium quam futurorum cupimus pervenire, quod nos cum bono consensu omnium heredum nostrorum vendidimus curiam nostram in villa dicta Rostorp apud cymeterium sitam et octo mansos cum dimidio sitos in campo jam dicta ville Rostorp pro ducentis marcis argenti puri preter quinque marcas fratribus de domo teutonica justo proprietatis titulo quiete ac libere perpetuo possidendos cum singulis et omnibus juribus nec non pertinentiis in villa, campis, sylvis, graminibus pascuis, aquis viis et inviis ad predictos mansos ab antiquo pertinentibus et que ad ipsos de jure vel confueridine pertinere poterunt in futurum, facientes una cum omnibus nostris heredibus, prehabitis emptoribus sufficientem juris warandiam de omnibus premissis, prout ordo juris postulat ac requirit. In quorum omnium premissorum evidens testimonium et certitudinem pleniora sigilla nostra presentibus literis prefatis emptoribus per nos ex certa scientia duximus apponenda. Testes vero hujus sunt Johannes miles ac Arnoldus fratres de Roringen, Bertoldus de Roringen, Patruelis nostrorum, Bertoldus Ludolpheshusen, Conradus Horlemann Geringus Rufus ac Bruno fratres de Groyne Bertholdus de Sneyn et Henricus de Vernesten Gogravii, Gelderadus de Northunis, Henricus de June, Wernherus de Vredeland, Heneco quondam filius Richemi de June Johannes Bernhardi, Johannes Gotmann, Johannes Carpenterius, Johannes Klockgotere ac plures alii fide digni. Actum et datum Anno Domini 1319. in Crastino Epiphanie Domini.

L. S. L. S. L. S. L. S.

XX.

Patres Dominicani Göttingenses profitentur, nolle se aream habitationis suae Nordhemii dilatare 1319.

Universis presentes literas visuris Nos Frater W., Prior totusque conventus fratrum ordinis predicatorum in Göttingen cupimus esse notum, quod ad hoc nos obligamus, quod aream, quam nunc inhabitamus et jam dudum inhabitavimus in Northeyu non dilatabimus nisi de honorabilium Virorum Consulum civitatis ejusdem, beneplacito et assensu. Non in hoc casu tantum sed et in aliis nobis possilibus ipsorum intendimus obsequi voluntati. In cuius obligationis testimonium sigillum conventus nostri duximus presentibus apponendum. Datum Göttingen anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono in crastino beati Vincentii martiris.

XXI.

Indulgentiae datae facello corporis christi Göttingae 1320.

Universis Christi Fidelibus presentes litteras inspecturis miseratione divina Nos Esgerus Ludens. Rustanus neopaconen. Archiep. Guillielmus Ep. pathol. Andreas Ep. Civen. Petrus Ep. civitat. Lamperdius Ep. traguriten. Egidius Ep. andrinopol. Zacharias Ep. Snatinen. Franciscus Ep. Gartanus. Guillielm. Ep. ad partes tarrarorum, Andreas Ep. terracinen. Petrus Ep. narrien. salutem in Domino. Pia mater ecclesia de animarum salute &c. Cupientes igitur ut capella in Göttingen Moguntin. Dioecesis sita in loco, in quo sacrificium corpus domini nostri Jesu Christi inventum fuisse, in honore ejusdem sacratissimi corporis domini nostri Jesu Christi constructa, congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam capellam in festo ipsius domini nostri Jesu Christi, nec non in festivitatibus nativitatis domini nostri Jesu Christi, circumcisiois, Epiphanie, parafceves, Resurrectionis, ascensionis et Penthecostes, in omniibus et singulis festivitatibus beato glorioseque semper virginis Marie, omnipotente

ac

ac singulorum apostolorum et evangelistarum, sanctorum Michaelis Archangeli, Johannis Evangeliste et Johannis baptiste, Laurentii, Martini et Nicolai ac Sanclarum Marie Magdalene, Katherine, Margarete, undecim milium Virginum, in commemoratione omnium sanctorum et in dedicatione ipsius capelle ac per octavas predictarum festivitatum octavas habentium ac per omnes dies dominicos adventus domini seu quadragesime accesserint et ibidem divinum officium seu verbum exhortationis in festivitatibus supra scriptis devote audierint causa devotionis, peregrinationis vel orationis accesserint, vel qui in extremis laborantes prefate capelle quidquam suarum legaverint facultarum; nec non qui ad fabricam, luminaria, ornamenta et alia dicte capelle necessaria manus porrexerint adjutrices, seu qui infra divinum officium nomen domini nostri Iesu Christi et beate marie virginis ac ad elevationem sacre hostie infra missam seu missas genua cordis et corporis devote flexerint, de omnipotenti dei misericordia beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi singuli nostrum singulas dierum quadragenas de injunctis penitencie misericorditer in domino relaxamus, dummodo dioecesani voluntas ad id accesserit et consensus. In cujus rei testimonium litteram sigillorum nostrorum iussimus appensione muniri. Datum Avin. nono die mensis Aprilis Anno Domini millesimo tricentesimo vicecentimo pontificatus Domini Johannis Pape XXII. anno quarto.

XXII.

Quomodo Bruno de Bodenhausen jure advocatiae in Reinhauen uti debat 1322.

Nos Hermannus dei gracia Abbas in Reynhausen totusque conventus ibidem recognoscimus per presentes, quod Bruno de Bodenhausen famulus et sui veri heredes in bonis nostra Ecclesie tali jure uti debent, quo eorum parentes ac progenitores in bonis dicto Ecclesie nostre suis temporibus utebantur. Si vero predictus Bruno vel sui heredes indebet bona nostra Ecclesie aggravarent, seu aliquo modo molestarent, Reynhausen in nostra Ecclesia cum Brunone vel suis heredibus infra octo dies convenire debemus et ibidem si possu-

possimus per nos super tali injuria facta in amicitia concordari. Si autem non possemus ex tunc dominus *Heyso de Uslar miles*, quem pro nostra Ecclesia elegimus et dominus *Johannes de Roringen miles*, quem dictus Bruno et sui heredes pro se elegerunt, infra mensem pro utroque nostro jure Reynehusen nos concorditer expedient in amicitia vel in jure; si vero predictus dominus Hayso, quem elegimus, decederet, alium ita bonum in locum suum substituere debemus infra mensem, cum fuerimus requisiti literis permutatis. Ad hec omnia premissa nos Hermannus Abbas predictus pro nobis et nostra Ecclesia circa dictum Brunonem et suos heredes data fide in presentibus obligamus. In hujus rei testimonium Sigilla nostra Abbatis et Ecclesie nostre predicte, nec non sigillum domini Heysonis predicti presentibus fecimus appensa. Et nos Heyso de Uslar miles ad petitiones predictorum domiorum pro testimonio sigillum nostrum apposuimus huic scripto. Hujus rei testes sunt domini Joh. plebanus nove civitatis Goddingen, Hermannus de lengede plebanus, Hermannus de Stockhusen famulus et alii quam plures fide digni. Datum anno domini MCCCXXII. infra octavam Epiphanie domini nostri.

XXIII.

Ludovicus et Conradus de Kindenhufen renunciant quibusdam bonis domui teutonicae Gottingensi venditis 1323.

Nos *Ludewicus et Conradus fratres diffi de Kindenhufen* omnibus visuris et audituris presentia cupimus fore notum, quod ad omnia bona sita in villa et campis *Reßkorp* in aliqua sui parte non decimalia cum omnibus suis juribus et pertinentiis per Hildebrandum de Hardenberg militem vendita fratribus de domo thentonica domus et curie in *Ghotingen* consensum nostrum et voluntatem nostram benevolam adhibuimus et presentibus adhibemus, omni juri et actioni in dictis nobis bonis competenti renunciantes et desilientiam plenariam facientes, dantes hanc nostram literam nostris sigillis consignatam in testimonium super eo. Acta sunt hec anno domini MCCCXXIII, in die beati Petri ad vincula.

XXIV.

XXIV.

Ludovicus et Conradus de Kindehusen cedunt bona, quae Fridericus de Kindehusen ordini teutonico vendidit 1323.

Nos Ludewicus et Conradus fratres dicti de Kindehusen omnibus presentem paginam inspecturis cupimus fore notum, quod omnia bona sita in villa et in campo Rostorp, que *Fridericus de Kindehusen noster Fratruelis vendidit dominis et fratribus de domo teutonicorum in opido Göttingen cum una parva decima, ad hoc nostrum dedisse liberum consensum et volumus inviolabiliter observare. Ut autem hec rata et firma permaneant, sigillis nostris presentem cartulam fecimus communiri.* Datum anno domini MCCCXXIII. Ad vincula beati Petri Apostoli.

XXV. *

Simon Comes de Dassel plebanis S. Joannis et S. Nicolai Gottingae assignat 30. Marcas 1325.

Nos Floreko presbyter Canonicus ecclesie in urbe Sancti Blasii in Brunswick Albertus Wlome Conradus Harteman et Bertoldus de Ludolveshusen famuli presentibus publice recognoscimus et testamur quod nobis presentibus et videntibus nobilis Vir Dominus Zymon Comes de Dassel et nobilis Domina Zophia ejus legitima conthorialis in signum et intuitu testamenti ipsius Domini Comitis quod condiderat de redditibus suis triginta marcarum per consules in Alvede solvendis presentaverunt et dederunt prehabita deliberatione matura nec non sponte et liberaliter Domino Bertoldo Sancti Johannis et Domino Etberto Sancti Nicolai in Göttingen ecclesiarum plebanis nec non Magistro Ludolfo rectori scolarum ibidem tanquam manufidelibus sive testamentarii ipsius Domini Comitis in hac parte et ad manus Domini minorum fratrurn Kalendarum Göttingen, nec non in Amelungsborne et in Lypoldesberge monasteriorum Dominas patentes literas unam videlicet sub sigillis reverendi in Christo patris ac Domini nostri Domini Henrici Episcopi Hylden. et capituli ibidem, que sic incipit: Nos Henricus dei gratia Hyldesh. ecclesie Episcopus recognoscimus per

per presentes quod cum pecunia in usus ecclesie nostre convertenda indigemus necessarie . . . et infra prout in eadem litera de verbo ad verbum continetur usque ad datam que sic dicit: datum anno Domini MCCCCXVI. in die beati Luce evangeliste. Aliam vero literam sigillo prudentum Virorum Consulum in Alvelde sigillatam, que sic incipit: Nos pro tempore consules Alvelde recognosimus presentibus literis sigillo civitatis nostre sigillatis, quod nos et quicunque pro tempore consules fuerint &c. prout in eadem litera de verbo ad verbum patet usque ad datam, que sic sonat: Datum anno Domini MCCCCXVI. in die beati Brictii Episcopi. He die literae mentionem expressam de triginta marcarum redditibus seu pensionibus faciunt, ut in ipsis plenius continetur. In hujus nostre recognitionis et testimonii nostri evidentiam pleniorum nos Florek et Albertus predicti nostra signata, quibus et nos Conradus et Bertoldus cum ipsis ad presens utimur earente propriis, presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini MCCCCXXV, in vigilia ascensionis ejusdem.

XXVI. *

*Abbas Nordheimensis in possessione decimae novalium firmatur.
(circa annum 1327.)*

Judices sacre Moguntine sedis delegati venerabilibus Viris H. de Reinhufen b. de lapide Abbatibus et G. de Shein salutem cum sincera dilectione. Cum questio inter dominum Abbatem Northemensis ecclesie et Vicedominum de Rusteberg super decima novalium dictae ecclesie attinente coram Archiepiscopo ventilaretur, et eo usque processum esset, quod dictus abbas eandem decimam ecclesie sue attinere privilegii sui auctoritate munivisset, Archiepiscopus sententia queri jussit, cui eorum decima de qua lis vertebatur pocius adjuvandi deberet. Cum autem super hac sententia dubitaretur ad Sinodum Moguntinam ab ea proclamatum est. Abbas vero hujus sententie executores apud nos V diebus expectavit, et cum non venissent in fine sinodi super hac causa sententiam postulavit, et sententiatum est quod si dictus Abbas privilegii sue ecclesie auctoritate predictam ab Archiepiscopo: Marelso ecclesie sue decimam fore collatam posset

pro-

probare, hujus decime possessione donec a parte adversa per justiciam evinceretur, gaudere deberet. Hujus itaque sententie executionem vobis committentes mandamus quatenus dictum Abbatem in dicta decime possessione, donec probetur contrarium tueri studeatis.

XXVII. *

Rogatur Archiep. Mogunt. ut facillum S. Georgii Göttingae a matre S. Albani separat 1330.

Venerabili in Christo Patri ac Domino suo Domino Archiepiscopo Moguntino Wernherus plebanus Ecclesie Sancti Albani juxta muros Göttingen reverentiam et obedientiam in omnibus tam benevolam quam paratam. Cum quandam illustris Princeps Dominus Albertus dux Brunsvicensis patronus Ecclesie mee Capellam Sancti Georgii cum curia eidem capelle adjacenti, que capella pertinebat ut filia ad meam Ecclesiam Sancti Albani fratribus Kalendarum sedis Grays-mariensis cum scitu et consensu meo expresso donaverit ad exercendum divinum cultum inibi ampliorem iisdemque fratres ipsi ecclesie mee congruum restaurum fecerint cum redditibus dimidie mares annue pensionis, paternitati vestre una cum dictis fratribus supplico per presentes quatenus eandem donationem approbare et ipsam capellam filiam ab ecclesia mea matrice separare dignemini proprii Devini. Datum sub sigillo meo et honorabilis Viri Domini officialis ecclesie Northun. Quod nostrum sigillum nos officialis ad preces predicti plebaui et fratrum Kalendarum presentibus duximus apponendum. Anno domini Millesio tricentesimo tricesimo in die Sancti Petri ad vincula.

XXVIII.

Heiso, Hermannus &c. de Mingerode Ecclesiae S. Marie et hospitali Osterodae vendunt fesqui fertonem annum 1333.

Nos Heiso, Hermannus, Henricus, Theodericus fratres de Minnigeroade ad omnium quorum interest cupimus notitiam pervenire et presentibus publice potestiamur, quod unanimi consensu omnium heredum nostrorum ceterorumque omnium accedente voluntate, quorum consensus

sensus in hac parte juste fuerat requirendus ecclesie Sancte Marie Virginis extra muros civitatis Osterode et domum hospitalis prope eandem ecclesiam sive vendidimus iusto venditionis titulo redditus alteri dimidii fertonis, quos apud ipsas sub annua pensione hactenus habuimus pro quinque marcis puri argenti nobis per Dominum Widekindum quondam ejusdem ecclesie plebanum totaliter expeditis absque omni inquietudine in perpetuum pacifice possidendos, quorum quidem reddituum unum fertonem ecclesia Sancte Marie predicta de uno manso et dimidium fertonem devoti homines predictam hospitalis domum inhabitantes de dimidio manso in monte qui dicitur Nordberg sitis nobis singulis annis dare et solvere consueverunt. Nos igitur Heiso, Hermannus Henricus et Theodoricus fratres predicti huicmodi redditus ad manus inclitorum principum dominorum nostrorum Henrici, Ernesti et Wilhelmi ducum in Brunswic ad utilitatem et profectum ecclesie Sancte Marie et hospitalis predictorum liberaliter resignantes ab renunciationem omnimodam totius juris et actionis que hactenus in predictis redditibus habuimus cum omnibus heredibus faciendo volentes preterea ecclesie et hospitali predicti super huicmodi redditibus veram et justam Warandiam prestare cum a nobis requiritur locis ac temporibus opportunis, promittentes nihilominus data fide omnia premissa et singula per nos et nostros heredes inviolabiliter observari, in quorum evidens testimonium sigillis nostris roboravimus prefens scriptum. Testes hujus rei sunt honorabiles Domini Dominus Helmicus in Kateduburg, Dominus Johannes in Osterod ecclesiarum prepositi et Dominus Siffridus prepositus in Dorstad et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini MCCCCXXXIII, in Castro beati Thome apostoli.

XXIX. *

Plebanus Ecclesiae S. Albani Gottingae profitetur, se in nullo negotio Kalendariis ad S. Georgium velle obserfere 1339.

Ego Theod. Ruffi plebanus ecclesie Sancti Albani prope Gotingen presentibus recognosco, quod in nullo volo contravenire immo firmiter ratum et gratum volo tenere quidquid Decanus fratrum Kalen-

Kalendarum Capella Sancti Georgii prope Gotingen, qui pro tempore fuerit nomine et cum consilio ipsorum fratrum Kalendarum assidue fecerit et attemptaverit in ipsorum negotiis et agendis et specialiter in presentatione personarum ad voces seu altaria in ipsa capella sua institutas et dotatas per pie memorie Dominum Symonem Comitem de Dasle et Dominam Sophiam ejusdem legitimam Conthorsalem. Datum sub meo sigillo Anno Domini MCCCCXXXIX. in die beati vitalis.

XXX. *

Sanctimoniales in Osterode testantur se accepisse legatum Conradus Haken canonici Fritzlarienfis (circa an. 1384).

Nos Greta Abbatissa totusque conventus sanctimonialium Sancte Marie Sanctique Jacobi in Osterode recognoscimus tenore presentium publice profitendo, quod honorabilis Vir Dominus *Conradus Diclus Hake Canonicus prebendatus Ecclesie Fritzlarienfis* sanus corpore et mentis nomine testamenti nobis legavit et assignavit pensionem annuam unius marce puri argenti ponderis et valoris Göttingensis quos comparavit et emit apud Wedekindum Proffen opidanum in Göttingen pro duodecim marcis argenti puri Warandie memorare quos quidem redditus una cum pecunia predicta post obitum predicti domini nostri Haken Magister Bertramus Albertus Endeman presbyteri, Johannes Brandes et Giselerus filius quondam Johannis Giseleri opidani Göttingensis testamentarii et ultime voluntatis Executores ipsius nobis presentaverunt in hunc modum, ut si predicti redditus aliquo tempore reemi contigerit quod in continente valemus alios redditus cum predictis duodecim marcis comparemus et hoc toties quoties fuerit oportunum quibus solummodo utiinur in monasterio ab intra et non ab extra provisione omnium nostrorum ad peragendos dies aniversarios septimos et tricesimos dilecti domini nostri Conradi Haken, Hermanoi Haken iphius Patris et Jutten sue matris et Reverendi Domini Johannis Episcopi Friesingenfis *) et omnium pro-

*) E gente Giseleria. Conf. Hist. Götting. lib. IV. cap. IV. p. 260.

progenitorum suorum singulis annis perpetuis et horis per eosdem testamentarios nobis assignatis ac certificatis ac in Kalendario nostro scriptis de vespere in vigiliis et de mane in missis defunctorum prout apud nos moris et consuetudinis est. Dicimusque in presentibus et per presentes dicimus et reddimus predictos testamentarios de dictis redditibus et pecunia predicta cum quibus redditibus predicti comparati et empti sunt ut premititur nobis per eosdem ministratos ac plenarie traditos quitos et solutos. In evidens testimonium omnium premissorum sigillum nostri couentus huic litera est a tergo affixum.

XXXI. *

Otto de Rusleberg praesentat officiali Northunensi novum parochum pro Ecclesia in Balnhusen 1386.

Honorabili Viro Domino officiali ecclesie Northunensis Otto quondam Heyfonis de Rusleberg famulus quidquid poterit servicii reverencie et honoris. Ad ecclesiam parochialem in Ballenhuse de presenti vacante per liberam resignationem Johannis Olden dicte ecclesie novissimi rectoris, cuius jus patronatus ad me et meos heredes de Rusleberg dignoscitur pertinere de consensu dictorum coheredum, discretum Virum Dominum Henricum Siegel presbyterum duxi vobis presentandum rogans vos studiose, quatenus ipsum de eadem ecclesia dignemini investire accessum altaris ac curam et regimen animarum dicte ecclesie sibi committendo facientes eundem presentatum in corporalem possessionem dicte ecclesie induci adhibitis circa hec sollempnitatis debitis et consuetis. Datum Frede- land anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto ipso die Sancti Theodori martiris.

Nos Arnoldus et Johannes de Rusleberg fratres presentibus consentimus et sigillis nostris sigillavimus. Datum diebus anno, loco, et die in magna litera expressatis.

Ego Fredericus de Rusleberg famulus presentibus consentio et sigillo meo sigillavi. Datum loco anno et die superius in magna litera expressatis.

XXXII.

XXXII. *

Graf Heiso von Lutterberg schenkt den Kalandspriestern zu Seeburg verschiedene Güter 1388.

We Heiso von Goddis Gnadeu Greve tho Lutterbergh, ichtes-wanne Greven Otten Sohn von Lutterbergh Seliger andacht beken-nen betrijgen van uns und van unser Erven wegen in dussem breve, dat an fundenem Live und gudem rade hebben gegeven und geveth in dussem breve durch God und van Seele gerede den Kalandts-brödern des Stoels Seeborch de gelegen es in der Provestey to Nörthen und ohren Naekomlingen die noch in den Kalandt kommen tho einem ewigen Troste und durch hopenisse willen des ewigen levends unsir und alle unser eldern und alle unser Vründe Seele willen und alle lovinge Sele willen düssse nbeschribene Gulde und Goude, also we dat wente an dussé tyd in nut und in woren gehat hebben, by nomen jarlicker Gulde to Evergollen, einen halven Verding Geldes von eyner Hoube Landes, de to düsser tydt Werneke Hinricks hefft, eine halfe Verding van einem Hofsse bei der Kerckstrate den de tegetmeiger hebben, ein Lot, dre Höore un ein Schock Eigre van einem Hofsse, den hebben gedelet, Brendeke Gretchen Wente Hans und Godeke Schmet und Hans Janes twene Schillinge ein Hon un ein Stige Eigre von einem Hofsse, den uns Hans Lennenau afgemedet hefft. Den hoff mit der Gulde hebben wei öhn gegeven un den Hoff met der Gulde, den uns Andreas afgemedet hatte, un einen Hoff mit der Gulde, den uns Godeke Schmed afgemedet hatte, twee Schilling, drey Höore und ein Schock Eigre den Wedekint Hacke hefft, und to Radelaveshusen ein half Moller Wetes, ein half Loth, anderhalf Hoen, und ein half Schock Eigere van einer Haube Landes tho radelefshusen und von einem Hofsse, den Wedekint Nortmanns, Herman Mugge, Wernigke Hen-ricks, Henrick Rixen, Henrick Holthussen, Hermann Schotteler un Hermann Heissen und Wedekint Hacke hebben, unde datt vorgenannte Seelengerethe schall wesen nach unser begehringe also datt dei vorgenannten Kalandsherren un ohre Nachkommlinge, de tho der tydt sindt, schollen ewiglichen alle Jahr des negisten Mitwekens

nach der Meintweken kommen tho einer Mile Weges nach Middage odder bye der tydt in die Kerken tho Berenshusen un holden do vigilien und des negesten Donnerstages darns Seelenmissen tho einer ewigen Jahrtyd un bringen daer ore lichte *de to dem Kalande horet*, und obre Siden Stucke tho der vigilien un tho der Seelenmissen unde thon dar eine begengnisse gelicker wise als es dat eyn licke yeyenwertich wehre. düsle vorgenannte Güldē schall de Cammerer des Calandts, oder wehme die Calandtsherren das behelet, upnehmen und geven dei helfste tho presentien den Calandtsherren vorgenent, de dat kommen und sindt tho der vigilien, und dei andern helfste tho der misse und sie schollen alle Seelenmissen holden, welcker dat nichten deit, denen schollen die presentien tho den Seelenmissen nicht vallen, un bie nahmen schollen sie der missen drey singen also stadtlichen off die sanck do nit gelecht were. tho den dreyen missen schollen sie oppfern un elle wege tho der ersten missen, dei sie dar singen, schal man ehr oppenbahr dargededenken der dan we dat die begengniss to trotte und tho gnaden gemacket hebbien, bie nahe unses Vader Greven Otten von Lutterberghe, vor Frouwen Jutte unser Moder, Greven Otten unses Broders, vor Frouwen Ilsen *unser*^{*)} Elyckie Werdinne und öhrer Kinder, uad alle unses Geschlechts de von hinnen vorsfaren sindt un unser, un frowen Adelheit von hardenberghe user Süster, wann we vorscheiden sindt. Ock so fall innen gedenken Herrn Curdes und Herrn Lodwiges von Rostorp, Herrn Bertolt von Adeleffesen un ver Frouwen Lucken von Hardenberg seiner Dochter un Herrn Henrichs von Hardenberge. Unde we hebbet de vorgenannten Calandsherren gesat und setten se in de vorgenannten Güldē, unde dat Guth, unde in de wehre mit düsslein breve und hebbien das vorticht gedan van uns und unser ernen wegben, und hebbien öhr dat gesandwortd mit richte und mit rechte, also dat se dat ewiglichen behalten schullen, unde se en schullen des nicht versetten, vorkopen odder verlichen neine wise von dem Kalande bringen: wenne dat schall ewiglichen to dem vorgenannten begengniss bliven. Ocken schullen sie düsse-
erge-

^{*)} Muß heißen: *unser*.

ergenannten jartidt nit recken vor en denst in deine Calande wenne se scholleg boven dat begencknis oren Kalandt tho vier tiden in dem jare holden, also seck dat gehoret. To einem Urkunde düsler vorgeschevenen Stücke hebben wei ergenente héise Greve tho Lutterberge unsle Insegill an düslen briess vespiglich gehangen laten vor uns unsle Fiben und hebben des ock to einem tichnis gebeden den strengen Mann Herrn Henrick von Hardenbergk Ritter, Herrn Henricks Sone von Hardenberg zeliger Andacht, dat de sin ingesegel an düslen briess gehangen hefft. Des eck Henrick von Hardenberg Ritter vorgenandt bekenne in dussem Brese, de gegeven ist na Goddes Geboth unsers Herrn drittenhundert Jahr, in dem acht und achtigsten Jahre des negisten Donnerstages nach Sente Marien Magdalenen Tage.

XXXIII. *

Hermannus Decanus Erfordiensis ad B. M. V. plures tum Clericos tum laicos excommunicatos prope Göttingam denuntiari jubet 1390.

Hermannus Decanus ecclesie Sancte Marie Erfordensis Moguntine Dyocesis judex unicus subscriptus sub forma ea, que de a sede apostolica deputatus discretis Viris plebanis in Geysmar, in Wenden in Sneyn, in Kerflingerode in Northeim et in Norten ceterisque plebanis, viceplebanis et divinorum rectoribus quibuscumque ac Clericis et Notariis publicis per civitatem et dyocelin moguntinam ubilibet constitutis salutem in domino et mandatis nostris ymo verius apostolicis firmiter obedire. Quia Johannes Moringen, Rudolffus de Markesteyn, Hermannus Wernherus Roden, Johannes Lange plebanus Sancti Jacobi in Göttingen Henricus Clapschone plebanus Sancti Albani extra muros Gottinge Johannes de Wakenen Senior prepositus in Lippoldisberge, Albertus Blendegans, Johannes Lousen et Arnolffus oms Fr. Thylo Wygandus Deynhardus Judex Henricus Scar, Johannes Gladebeche Henricus Unteweg, Hermannus Wynemas, Dominus Nycolaus Cappellanus ecclesie Sancti Jacobi Jan filius scriptoris Dominorum Theutonicorum Bertoldus Deympsin Hermannus de Grenoschen, Hermannus an deme ende,

d 3

Thylo

Thylo de Grone Syboldus et Johannes Stokelenff relicta quondam Johannis Brandis, Conradus Hofeman, Heinricus Fischer, Johannes Nydeker Heinricus Wüllin, Heinricus de Ellingehusen Egkehardus Soncke Albertus Reden plebanus in Aldengrona relicta ^{*)} quondam Bertoldi von deine rade Thylo Medeheyen, Paulus de Biskele Tylo Bullinhusen Godschalkus de Grone plebanus in burggrona Johannes et Arnoldus de Roringen arnigeri Heinricus Segebanden, Johannes Goltimed Dominus Gilbertus Endeman, Heinricus Hanne Tylo Henzen Heinricus Wyndela et Hindebrandus Dye Wedellon dudum excommunicati a nobis pro contumacia et pro eo presertim quod articulis et positib[us] honorabilium dominiorum decani et capituli Heiligenstadienis sufficiens et clarius respondere recusarunt et recusant juxta iuramentum nostrae sententiae interlocutorie ut in tantum contra eosdem reos et quocunlibet eorumdem per sententias aggravationum processerimus sua exigente contumacia quod singulis diebus dominicis eisdem reos accensis candelis et pulsatis campanis et cum omnibus eisdem temere participantibus publice mandaverimus denunciari excommunicatos, ac in tantum contra ipsos processerimus quod in eorum et cujuslibet eorum presencia et post iporum aliunde accessum per tres dies cessati mandaverimus penitus ab officiis divinorum, quas quidem excommunicationis sententias dicti rei ^{**)} miserabiliter sustinet indurati in animarum suarum salutis dilapidium et scandalum plurimorum. Quare rigidius duximus contra eos procedendum iustitia exigente et cuiilibet vestrum in virtute sancte obedientie et excommunicationis pena trium tamen dierum et canonica monitione premissa, quum et prout fueritis requisiti seu requisitus accedatis ubi et quo propriea fuerit accedendum et presatos reos excommunicatos singulis diebus dominicis et festiis juxta modum premissorum publice denuncietis cessatisque et cessari faciat in terminis vestrarum parochiarum ubi et quam diu dicti rei seu aliquis eorum visi fuerint, moram traxerint, Jarem aut domicilium habuerint et post eorum et cujuslibet eorumdem aliunde accessum per sex dies penitus cessatis et cessari faciat ab officiis divinorum

^{*)} Forte legitima.

^{**) Forte hactenus.}

norum tam diu, donec aliud a nobis desuper receperitis in mandatis,
cum litteris. in signum executionis sub pena premissa datum anno
Domini MCCCXC. Kalendas Marcii.

XXXIV.

Facultas data Decano Eimbecensi absolvendi Ottonem ducem Brunsvi-
censem et ejus complices ab excommunicatione 1392.

Conradus dei gratia Sancte Moguntine sedis Archiepiscopus
facti imperii per Germaniam Archicancellarius honorabilis Ludolfo
decano ecclesie Einbecensis nostre dyocel. fidelis et devoto nostro
dilecto salutem in domino sempiternam. Pro parte illustris Principis
Domini Ottonis Ducis de Brunswick nobis extitit propositum, quod
cum ipse et sui de ecclesia parochiali ville Kyrgandera dicte nostre
dyoc. per suos inimicos diffidatos balistis, pixidibus et aliis armorum
instrumentis ibidem repositis et repertis molestatus fuisset et pregra-
vatus, ex quo idem Dominus Otto ad iracundiam concitatus pre-
missa animo patienti sufferre non valens turrim seu campanile ejus-
dem parochialis ecclesie licet minus rationabiliter per suos destrui
fecit funditus et everti quodque pro tunc bona quam plurima in
eisdem turri et ecclesia recondita et pro majori securitate depo-
sita per suos subditos et complices ablata sunt pariter et destructa,
propter quod idem Dominus Otto et sui in hac parte subditi et con-
fortes excommunicationis sententiam a canone contra refractores et
destructores ecclesiarum generaliter promulgatam dinoscunt incur-
risse. Quare nobis etiam fuit humiliiter supplicatum, quatenus ipsos
ab excommunicationis sententiis hujusmodi absolvere dignaremur.
Nos igitur dicte supplicationi annuentes de tua circumspetione con-
fidentes tibi committimus in hac parte vices nostras mandantes qua-
tenus te super premissis diligenter informes super quo et tuam one-
ramus conscientiam et si inveneris quod per declarationem seu
denunciationem dicti Domini Ottonis et suorum subditorum ac com-
plicum in premissis non sit nobis absolvendi adempta potestas, ipsum
omnesque in hac parte subditos et complices in forma ecclesie con-
sueta a presata excommunicationis sententiis autoritate nostra absolvas
introitu

introitu ecclesiae eis restituto poenitentiam salutarem et alia que de jure fuerint injungenda eisdem et cuiilibet ipsorum pro modo culpe diligenter considerato injungas mandando uulnominus eidem Domino Ottoni et cuiilibet aliorum ut injuria et daupnum prestate parochiali ecclesie propter premissa illatum nec non bona ab eadem ecclesia deportata et distracta infra terminum sibi per te presigendum prout discretioni tue expedire videbitur emendentur compensentur et restituantur. Alioquin in eandem excommunicationis sententiam relabantur ipso facto. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum iro dem Steyne feria tertia post diem palmarum anno Domini MCCC. nouagessimo secundo.

XXXV.

Die von Oldershausen schenken eine Huse Landes und einen Hof an die Kapelle bei der Johannekirche vor Osterode 1397.

We Herr Hans von Oldershausen Ritter, Herr Berthold von Oldershausen Marschalek Ritter, Hermann Lüdolf und Herman Knopen Brodere alle geheten van Oldershuseu bekennen in duisen openen breve von unfer und unfer Erven wegen, vor alle denen de duisen breiss seben edder horen lesen, dat we alle mit Wetenschop, Vubbort unde guden Willen hebben gegeven und gevēt lutterlicken umb Goddes Willen und unsers Herrn sunt Bartholomatus eine Hove Landes und einen Setelhoff mit aller tobehoringe und recht beleghen sin to Woerfts vries dennste und aller Plicht, de Hans Düvel van ös to lehne hadde gehat, deme Gott Gnade to der Capellen bi dem Kerckhoffe to sunti Johanne vor Osterode dat dar hat dat hein-hus alsus dane wis, dat de Prester Herr Johann Howenschild und we na ome kommt, deme de Copelle befohlen werd von dem Rade to Osterode vor alle der von Oldershuseu seele bidden schall mit alle sine bede und guden Wercken, se sin an dem levende edder an dem dode mit Missen unde Vigilien ewiglichen unde we vorbe-nante von Oldershauseu und unfere Erven schollen und willen dem Herrn, deme die Capelle befohlen is, oder sien meier der hoven und hoves mit aller tobehoringe Herre und were wesen ewiglichen dar

der to blivende wor und wanne ohne des Noth deit und ohne dat helpen vordedingen und vorschüttenlick unsren egen anderm gude, alle we immer können und mögen dat we dit alle vorbenante von Oldershauen stede und vaste holden willen, to ohrkunde hebbe we unsere Ingesegele an dussen breeff laten hangen, unde is geschen na Goddes Bort unsers Herrn drittein hundert Jahr in dem seven und negentigsten Jahre an unser leven Fruwen Tage Lechtmessen.

XXXVI.

Der Rath zu Osterode bezahlt acht Gulden, die zu dem Altar der heil. Katharine gehören 1403.

We de Rad der Stadt Osterode nige und olden bekennen in düffen openen breve vor uns und unsre nakomen dat we rechtes kopes vorkofft hebbien sevede halff punt und vyff Schillinge jerlicher Rente osterodesche weringe to eyner ewighen memorien Tylen Gruben Borger to Embecke vor hundert gute werighe Rinsche Gulden de uns van deme genanten Tilen Gruben an eyner summen wol to daunce handegelet und word in sunser Stadt gemeyne nuth und fromen ghenslikken gekard und angelecht syn sunderlichen hebbien wy se gegeven mit anderem Gelde in betalinge und affiokoypende achtte gulden jarrente horrende to deme altare Sante Katharinien in unser leben fruwen kercken vor unser Stadt Osterode und sodann sevedehalff punt und vyff schillinge jarrente Schulen wy und willen nach begheringe Tilen Gruben alle jar unvortochliken uthgeven to achtte tyden in deme jare nemlikene to yowelker tyd seventeyn Schillinge in solker wyse dat me na der quertertempe Lucie Wanner veir wekene umme kommen syn schal und wil de ersten seventeyn Schillinge handelagen und geven aine vortoch deme vicario des altaris sancti Andree in der Marketkercken to Osterode we de to tyden is unde de sulve Vicarius schal mit fulborde und wettende des parners to dem Markede to on beyden vorboden laten den parner to sunte Johanse und dar to seße andere frome prestere und bislndern de yenne de de leyne edder to officierende hebbien in den vorberorden Kerken so dar orer to hope neghene schullen syn to der memorien

c

und

und dar to beyde opperscholere beyder kerken. Dusse schullen vigilie holden des avendes mit andacht und vorstentlichen unde des morgens misse und dechtnisse dar inne doyn Tilen Gruben, Tilen Lenforde und ores geschlechtes und aller gelovigen zelen und der jennen dar vor me des is begherende und de ock ore hir mede to gelecht hebbien. und dusser sulven prester schullen to yowelker memorien — twene to deme parnere to sunte Johanse dar fulves misse holden umme den willen dat se gemeynlijken dar fulvest ore grastt hebbien und wanne de misse ute sijn so schullen beyde parnere commendacien don mit hulpe der prestere und de moghen se lesen vor deme altare unde darna schal denne de procurator presentien geven tom ersten schal he geven deme parnere to sunte Johanse eynen Schilling, deme pernere to dem markede eynen Schillingk sick fulves eynen Schillingk und den andern ses presteren yowelkeme neghen pennige, deme opperscholere to sunte Johanse vyff pennige dem opperscholere to dem Markede achte pennige unde de sulve schal na hetende des procuratoris und des partners to deme Markede de prestere to den memorien vorboden und schal de lechte des Kalandes to den memorien alle tyd avent und morgen upsetten und entfengen und dar vor schal de procurator to yowelker memorien der Kalenden eynen Schillingk geven vorder schal he geven deme Borgermestere neghen pennige, deme kemmerere neghen pennige unde den andern theynen ores Rades personen yowelkeme vier pennige des Rades Knechte yo to dem male tweyne pennige dat voor schal he nach hetende des Borgermeisters unde des Kemmerers den sittende Rad to opperende vorboden so bliven dar noch neghen unde twintich pennige, der schal de Kemmerer senden eynen Schillingk in dat Sekenhuis den armen Luden unde vor de anderen se venteyn pennige schal de procurator yo to dem male kopen wit brod und schal dat den ad mensam monialium in Osterrode. Weret ock dat de prestere welche to dusser memorien nicht enqueme und syne divina nicht enhelde edder ock welche personen des Rades sick absenterde und nicht personeliken opperden, de absentien boven dat opper scholde de procurator divideren in dre deyl und den eynen deyl mede senden ad mensam monialium den andern deyl distribueren

bueren ad manus pauperum und den dritten deyl sick fulves beholden. Id en were denne dat des Rades personen welk in des Rades werve waren deme scholde me syne presentien gutliken geven und de correctien schullen beyde prestere und Rad van deme procuratori ane insaghe lyden. vorder schullen der proeurator und beyde parnere to allen tyden wan de vigilia ute is determineren van der neggisten memorien tokomende over veir wekene rauweliken to holdende sunder vorhinderent anderer memorien de on in beyden Kerken vallen mochten so dat in yowekeme ferndele jars mit der memorien Tilen Lentforde zeliger dechtnissen dre memorien compleveret werden. Wy hebben ock macht beholden in dussem koype uns und unsen Nakomen dat wy alle jar wen uns das gelustet sodann vorbenante sevedehalff punt vyff Schillinge jarrente mit hundert guden werigen Rynschen Gulden moghen affkopen und schullen dat Tilen Gruben und deme obgenanten procuratori den parneren to dem Markede und sunte Johanse eyn ferndl to vorne vorkündigen und schullen und willen denne ock nach allen unserm vor moghe flitigen dar to helpen dat wedder to beleggende uppe rente an wisse stede dat dusse memorien in wesende blive und der nicht vorghangh an werde. To Wissenheit und Tuchnisse dusser vorgeschrevenen dingen hebben wy unser Stadt grote ingesegel an dusser breff laten hangen. Datum anno Domini millesimo quadringentesimo tertio octava Epiphanie domini,

XXXVII. *

Joannes de Gandra presbyter in Ecclesiam parochialem in Balnhusen, iussu officialis Northunensis inducitur 1423.

Officialis ecclesie Northunensis plebanis in Stoghusen et in'majori Sneyn ceterisque salutem in domino. Cum *) discretus vir Dominus Johannes de Gandra presbyter ad ecclesiam parochialem sancti Johannis in Balnhusen vacantem ex obitu discreti Viri Domini Henrici

*) Lectio dubia et difficilis.

rici de Balnhusen novissimi rectoris ejusdem ecclesie per strenuum Virum *Arnoldum de Rusteberg* armigerum, ad quem jus patronatus ejusdem ecclesie pertinere dico scitur, est presentatus factaque legitima proclamatione in eadem et in termino contradictionis deputato nullus comparuit oppositor seu contradictor unde ipsum Dominum Johannem in eandem ecclesiam instituimus et investimus de eadem regimen et accessum ejusdem ecclesie sibi committentes mandantes vobis quatenus dictum Dominum Johannem in corporalem possessionem in dicta ecclesia inducatis et faciatis sibi de fructibus obventionibus, juribus et proventibus legitime responderi. Datum anno Domini millesimo quadragesimo vicesimo tertio XIII. Kal. Martii.

XXXVIII. *

Conradus Archiep. Mogunt. abrogat consuetudinem, vi cuius advocati et officiales Castris Gebeldehusen bona parochorum defunctorum in sede Seburg sibi usurpabant 1424.

Conradus Dei gratia Sancte Moguntinensis sedis Archiepiscopus, sacri romani imperii per germaniam Archicancellarius ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus tenore presentium universis, quod cum per reverendissimos in Christo Patres Dominos Archiepiscopos Moguntinenses predecessores nostros memorie recolende et eorum advocatos et officiales nec non etiam per nos et nostros officiales in Castro nostro Gebeldehusen nostre dioecesis hactenus et usque in diem datum presentium tentum fuerit et servatum, quod quoconque tempore rectoribus sive plebanis parochialium ecclesiastarum infra scriptorum videlicet in *Gebbeldehusen in Roddershusen, in Ruhmpring, in Eglingroda, in Munigroda, in Overnfelda, in Netelrede, in Desingroda in Seulingen, in Seburg, in Berenshusen et in Wulbranshusen* in sede Seburg et ejus terminis adjacentium, testatis vel intestatis quomodolibet decedentibus advocati et officiales predicti prefatorum rectorum sive plebanorum sic decedentium domos et curias accesserunt et omnia bona mobilia et immobilia eorum post se derelicta in quibuscumque consilientia tanquam ad se ex jure consuetudinis introducte spectantia et ipsis cedere debentia usurparunt et totaliter ablu-

abstulerunt in suos usus libere convertenda, hujusmodi decedentium rectorum sive plebanorum testamentis, codicillis, sive ultimis voluntatibus, siquas fecerint, seu considerint, non obstantibus quibuscumque dispositionibus etiam et legationibus pro suarum salute animarum haec tenus per eos factis et dispositis suis prosecutione et effectu ob hoc parentibus penitus et frustratis eorum creditoribus post ipsorum mortem pro suis debitis sepe sepius minime satis factis et quia nos recte rationis tramite pro nostris viribus et scientia procedere cupientes hujusmodi introductam consuetudinem non consuetudinis laudabilis sed potius corrupte normam sapientem censuimus sacris dictantibus canonibus reprobandas: idcirco nos deliberato animo et de certa nostra scientia pro nobis et nostris successoribus Archiepiscopis Moguntinis hujusmodi consuetudinem abusionis vicium sentientem tenore presentium tollimus et paterna benignitate solita revocamus nec non pro nostra parentum predecessorum et successorum nostrorum animarum salute pie devocationis accensi zelo dictis rectoribus sive plebanis et eorum successoribus perpetue affuturis de pia paterna nostra benevolentia hanc gratiam fecinus imo facimus specialem videlicet quod iidem rectores sive plebani decedentes et ipsorum nomine eorum testamentarii sive ultimorum suarum voluntatum executores, qui ad hoc per ipsos testatores et decedentes, dum adhuc in vita extiterint, secundum juris dispositionem et formam rite et canonice constituti ordinati et dispositi fuerint, hujusmodi sua bona mobilia sive etiam immobilia post se derelicta in quibuscumque etiam consistant dominio, tamen ipsa bona post se derelicta per decedentes testatores hujusmodi pro suorum debitorum solutione, si que restaverint, facienda suarumque animarum procuranda salute, nec non pro multiplicandis dei laudibus in pios usus convertenda et non aliis personis in clericalis honestatis ignominiam eroganda liberaliter legata fuerint et deputata pro suorum bene placito voluntatum libere et licite asportare et de eisdem juxta Testatoris decedentis mentem sicut liguerit et debuerint disponere valeant atque possint absque nostris, successoruni Archiepiscoporum advocatorum et officialium nostrorum in Gebbelhusen pro tempore existentium et quorumlibet aliorum impedimentis et renitentia, quibuscumque salvis

tamen in his nostris, Successorum advocatorum et officialium nostrorum in Gebbelhusen praetectorum juribus in et ad bona intestatorum decedentium plebanorum nobis vel eosdem successoribus et officiis quomodolibet competentibus, que omnino illibata volumus permanere. Insuper quia nos dictis rectoribus sive plebanis et eorum successoribus ad ipsorum commoda et status prosperos ampliando premissam fecimus et facinus gratiam temporalem, ut ipsi eo liberi et commodius valeant domino sedulius laudibus famulari, ob quod ipsi nobis et nostris successoribus ad rependendam gratitudinem specialem non immerito tenebuntur. Idcirco nos pro nobis et successoribus nostris prelibatis cum eisdem rectoribus sive plebanis pro se et suis successoribus conventionem et pactum fecimus uno facimus per presentes, quod ipsi et eorum successores presatum in finem, ut nos et successores nostri Archiepiscopi Moguntini nou ad restrigendam, sed ad ampliandam et augendam hujusmodi nostram gratiam ipsis factam reddamus promptiores. ex tunc in antea singulis quatuor temporibus anni perpetue assuturis et presertim qualibet feria quinta quatuor temporum in Gebeldehusen predicta hora vesperarum convenire et ibidem in ecclesia parochiali pro nostris parentum predecessorum successorum cognatorum nec non notariorum, officialium et curialium nostrorum nobis et nostris successoribus nunc et futuris perpetuo temporibus servientium animarum salute ad omnipotentis dei laudem sueque interemerare genitricis Marie ac omnium sanctorum et presertim Martini presulii patroni nostri piissimi quorum meritis et interventu apud altissimum speramus in eterna patria jugiter confoveri gloriam et honorem, eadem quinta feria de sero vigiliis et similiter sexta feria corundehi quatuor temporum ex tunc immediate sequente missas pro defunctis fidelibus cantare et quilibet plebanorum per se seorsum legere vel per alium legi facere debeant et teneantur, nisi ipsos, seu eorum aliquem in premissis rationabili et justo impedimento occupari contigerit, et legitima ratio poterit excusare, prout rectores sive plebani prelibati pro se et suis successoribus premissa facienda et exequenda diligenter in se ipsos spontaneis voluntatibus assumperunt promiserunt et spoponderunt, per se et suos successores perpetuis futuris temporibus absque omni
con-

contradicione et renitentia effectualiter adimplere, ut nos et nostri per hec et alia pietatis que deo concedente fecerimus opera piarum orationum interpellente suffragio post presentis vite decursum valeamus ad vitam scandere eternalem, prout hec omnia in suis Literis nobis desuper datis et consecatis clarius continetur, mandamus igitur universis et singulis nostris officialibus et subditis per nostram dititionem ubilibet constitutis et presentim advocate nostro et officialibus nostris in Gebeldehusen presentibus et futuris ipsisque injungimus seriose quatenus presatos rectores sive plebanos et eorum successores in premissa nostra gratia ipsis facta et concessa non impediant seu molestant, sed eos manuteneant et defendant, prout nostram indignationem voluerint evitare. Volumus tamen quod si et in quantum sepe dicti Rectores sive plebani aut eorum successores in premissa pietatum officiis exequendas tepidi repeti fuerint, seu remissi, quod ex tunc honorabilis provisor allodii curie nostre Erfordensis, qui pro tempore fuerit, ipsos tepidos et negligentes rectores ad premissa exequenda per congrua remedia astringere debeat et artare dolo et fraude in premissa penitus procul motis. presentium sub nostri sigilli appensione harum testimonio. Datum Gebeldehusen III. die Junii anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo quarto.

XXXIX. *

Conradus Archiep. Mogunt. confirmat donationem factam a nobilibus de Mutzeval et de Beren haufen calendariis Seeburgenfibus 1430.

Wir Conrad von Goddes Genaden des heiligen Stuels zu Meintz Erzbischoff des heil. Röm. Reichs in Düttschen Landen Erzcanzler, bekennen und thun kund offenbahr mit diesem brieve für uns unser Nachkommen undt Stift. Als etwa die *vesten die Mutschewall genandte* unser und unsers Stifts zu Meintze lieben getrewuen den Ersamen den *Kolandtsherren des Stuels zu Seeburg an dem Sehe zu Berenhausen gelegen* unsern lieben andächtigen zwo hube landes und einen hof in dem Dorfe und Marcke zu *Seeburg* gelegen in

Testa-

Testamentsweise vor ihre Seelen gesetzt und geben han daraus und von in allen Jahren eine Margk Geldes Duderfleder warung zu buren und zu haben: undt als auch etwan *Diederich von Berenshausen* etliche jarliche Gölde mit nahmen sechsten halben Schillinge pfennige von einem Hossfe undt Huſe das zu den Gezeitten Alheit Schroders hatte, drittenhalben Firdungen von einem borchhause und von der Stelle darzu gehorig, das Hennig Kopmann zu den Gezeitten hatte; und vierdenhalben Schillinge ahne drey scherf, ein hoen und eine flige eiger uſſer der molen daselbst, und alsdān darnach *Diederich von Berenshausen* etwan *Hanses Sohn von Berenshausen* einen hoff und ein borchhaus uſſ demſelben hoffe die gelegen sind in den Dorſe zu Berenshausen den vorgenannten unſern lieben andächtigen den Kalandsherren des Stuels zu Seeburg, und ihren Nachkommen rechtlich und redlich gegeben und gegiftiget han: und als ſie dieſelben Margk Geldes hofegulde und borchhus lange Zeit und viele Jahr zwilichen heroprachte und der genoſſen han das wir ſolche Gifft und Gabe gewilget und zugelaffen han. Und want auch ſolich Gifft und Gabe zu mehrung Gottesdienſte und umb der Seelen heyl gescheen und gethan iſt. Und nachdem auch ſolche gutter, daraus die vorgenannte gulde valent von uns und unſerm Stiftſte zu lehne ruhren und geen, fo laſſen wir ſolche Gifft und Gabe zu Meierung Gottesdienſte und umb der Seelen heyl gescheen und gethan ſein zuwilligen und beſteditgen ſie also in Kraſſi dieses Briefes den vorgenauten Kalandsherren des obgenannten Stuels zu Seeburgh und ihren Nachkomlingen zu ewigen Tagen und Zeitten vor uns unfer Nachkommen und Stiftſte zu Meintze ohne geſerde, doch hierinnen ausgenompen unfer Nachkommen unfers Stiftſte, unſet mannen und eines iglichen recht ungeverlich. Und uſ das ſolche bewilgung und beſtettigung als vorgeſchreben ſleth von uns unferen Nachkommen und Stiftſte unverbrochlich gehalten werde: So han wir unfer Ingeſiegle an diesem Brief mit rechter Wiffenſchaffte thun anhencken, der gegeben iſt zu Eltvil am Mittwochen nach dem Sonntag letare anno millesimo quadringentesimo tricesimo.

XL.

Consecratio Sacelli in novo longo ponte prope Nordhemium 1432.

